¶ Contra iſtũ primũ canonẽ erat vſus quorũdã antiquoruȝ: vt recitat Hip. ſcdo regiminis acutoꝝ Gal. x. de ingenio ſanitatis. ca. 3. iſti enim in omni egritudine materiali in tribus primis diebus nihil dabant.

## Queſtio. VII.

Dubitat̃ vtruȝ in morbis mãlibus dieta de
beat ꝓcedere ſubtiliãdo vſqȝ ad ſta
tũ icluſiue. ¶ Ad ptẽ negatiuam arguit̃ ſic. Aliqs eſt
morbus mãlis in cuiꝰ pricipio multa eſt repletio pp
quã dieta magis ſubtiliãda ẽ q̃ȝ i ſtatu eẽt ſubtiliãda
merito illius morbi. ergo ⁊c. Aſſumptũ pȝ de tertiana
pura icipiẽte cũ plurima ſanguis replõne. ¶ Cõfir/
mat̃. qꝛ cõtigit qñqȝ principiũ moleſtũ eẽ: qꝛ ꝯiunctũ
cũ alio morbo ⁊ ſtatũ eiꝰ eſſe ſine alio morbo. ⁊ cõſtat
ꝙ i pricipio erit magis ſubtiliandũ. ¶ Scdo arguit̃
ſic. In q̃rtana ꝯuenit ſubtiliatio ⁊ poſtea igroſſatio. vt
pria q̃rti. De q̃rtana igit̃ ñ gnãl̃r i oi morbo groſſius
ẽ dietãdũ i pri. ¶ Tertio i pleureſi groſſius ẽ dietañ.
i ſtatu ⁊ digeſta mã: vt decia tertij. ⁊ prio regis acu.
¶ Quarto ſic. ṽtus i morbo ꝯtinue debilitãdo ꝓcedit
g̃ indiget maiori refectõe: ⁊ morbꝰ ſalubris ꝯtinue mi
norat̃ ſaltẽ poſt principiũ. ergo minꝰ idicat de cibi ab
latiõe. ergo merito vtriuſqȝ poſt principiũ eſt igroſſan
da dieta. ¶ Quito tũc magis eſt ſubtiliãda dieta cuȝ
ṽtus eſt fortior ⁊ pugna eiꝰ cõtra mãm morbi maior ⁊
mã amplior. Et h̃ eſt in principio ergo ⁊c. minor pȝ:
qꝛ in prin. mã eſt magis rebellis cũ ſit minus digeſta.
¶ Sexto arguit̃. in principio paroxyſmi eſt ſubtilius
dietañ. q̃ȝ i ſtatu. ergo in pricipio vl̃i eſt ſubtilius die
tandum q̃ȝ in ſtatu vl̃i. ꝯña tȝ p ſil̃itudinẽ. ⁊ aſſumptũ
pȝ p̊ regis acu. ab Hip. textu comẽ. 45. ⁊ Gal̃. eo. cõ
mento dũ dixit. Et deterior hora eſt cũ inueniuntur
iſta mẽbra in deteriori diſpoſitione: ⁊ manifeſtũ eſt ꝙ
hora in qua ſunt in deteriori diſpoſitione: eſt hora in/
ceptionis paroxyſmoꝝ. ¶ In oppoſitũ eſt Aui. hic ⁊
prima quarti. c. de regimine febricitãtiũ: ⁊ Hip. pria
particula apho. apho. primo. ⁊ Gal̃. in. cõmento.
¶ In iſto dubio ponam notabilia ſecũdo ꝯcluſiones.
¶ Quantũ ad primũ nota: ꝙ morboꝝ quidã ſunt mã
les: quidã imãles. De imãlibus in pñti nõ eſt ſermo:
Plurimi. n. imaterialiũ morboꝝ nõ indicãt de cibi ab
latione vt morbi ſequẽtes inanitionẽ. ¶ Secundo no
tañ. ꝙ morborũ mãliũ ſalubriũ a mã cruda icipiẽtium
⁊ ad ſalutẽ terminandorũ cõiter quattuor ſunt tpa. ſ.
principiũ: augmẽtũ: ſtatꝰ: ⁊ ꝺclinatio. Et hec tpa dñr
vl̃ia totũ morbũ ꝯtinẽtia. Et quedã ſunt tpa particu
laria determinatũ morbũ reſpiciẽtia. Hic aũt eſt ſmo
de vniuerſalibꝰ temporibꝰ. ¶ Nota tertio: ꝙ vniuer/
ſalia tẽpora morbi materialis: qñqȝ diſtinguũtur pe/
neo

nes accidētia: qn̄q3 penes materie digeſtionē vel alte
ratione digeſtioni oppoſitā. Et tu vide hoc primo d̄
criſi: ⁊ per ea que dixi prima particula apho. ¶ Nota
quarto: ꝙ in quibuſdā morbis vniuerſalia tēpora pe/
nes materie alteratione ⁊ penes accidētia coincidunt
plerūq3: vt in quib⁹ materia cōſeruatur ad vnicā cre/
ticam expulſionē: in quibuſdā vero nō coincidūt. Et
vide iſta in queſtōe mea de magnitudine morbi ſecū
da particula apho. ¶ Nota quinto: ꝙ in ſtatu morbi
ſalubris prout diſtinguūtur tēpora penes digeſtionē
materie: q2 in ſtatu inuenit̄ materia magis digeſta q̄3
ante: ⁊ cu3 hoc eſt magis calefacta multu3 naturam ⁊
virtute3 irritans ad operādum in ea reſpectu prece/
dentium temporū paritate poſita in parte loci ⁊ quā/
titate eius. Et iō cu3 natura vincere d3 in ſalubri mor
bo: patet tūc naturā fortiſſime cōtra talem materiā pu
gnare. In principio vero ⁊ augmēto ꝑpter cōtrarias
cauſas cōtingit ecōtra. Et ita dicat̄ de augmēto tanq̄3
medio modo ſe habente. ¶ Nota ſexto: ꝙ in princi/
pio quo ad accidētia nō multu3 ſtimulatur virtus ad
agēdū in materia morbi: ſed in ſtatu quo ad accidētia
multu3 ſtimulatur: ⁊ ideo fortiſſime tūc conatur alijs
paribus. Ex quo patet ꝙ hac paritate ſtante fortior eſt
actio nature in morbū in hoc ſtatu q̄3 in principio vel
augmēto: q2 augmētum merito hui⁹ medio modo ſe
habet. ¶ Nota ſeptimo: ꝙ ex cibo exhibito in mor/
bo naturali quinq3 nocumēta ſequunt̄: ⁊ ſunt iſta. Pri
mum virtutis aggrauatio. Secūdu3 eſt reſiſtētia vir/
tuti facta in tranſmutādo debitā morbi materiā: cum
ſibi difficili⁹ ſit duo pati. ſ. cibum ⁊ humorē: q̄3 vnum
ſolum trāſmutare. Tertium eſt diuerſio inſtrumenti:
quo virtus operat̄. Nam ſpirit⁹ diuertitur a loco vbi
eſt materia ad locum cibi digerendi. Quartu3 eſt ge/
neratio mali humoris ex cibo ſumpto preternatura/
li calore agēte in cibo: vt in febre: aut naturali calore
ipſum nō debite trāſmutāte. Quintū pōt eſſe altera/
tio corporis a tali malo humore genito ⁊ aggrauato:
vel oppilatio aut catarrus nauſeatiuus vel corruptio
imaginationis vaporibus aſcendentibus ad caput: ⁊
breuiter alicuius morbi vel accidētis augmentatio.
¶ Nota octauo ꝙ iſtoꝝ nocumentoꝝ quedā ſunt ma
gis apta ſequi cibi exhibitionē cū multa eſt caliditas:
aut mala qualitas morbi. Quedam cū virtus fortiſſi/
me agit in materiā vt virtutis diſtractio vel impedi/
mentū operatiōis eius. ¶ Nota nono ꝙ ſtat virtute3
in materiā magis p̄paratā pati qn̄q3 forti⁹ agere: non
obſtante ꝙ minus ab ea ſtimulet̄. Nam ſtat p̄paratio
nem plus facere ad fortitudinē operationis q̄3 faciat
ſtimulatio.

¶ His habitis ſit hec prima cōcluſio. In principio
morbi materialis vl̄i tam quo ad accidētia q̄3 quo ad
materie digōne3 vel alteratione ſubtilius ſtat eſſe die/
tandū q̄3 in eiuſdē morbi ſtatu. Patet vbi cum princi
pio illo aliqua fortis indicatio ꝯiungatur ex alio mor
bo vel ex alio modo q̄3 ex morbo: vt tactū eſt in argu
mento primo ante oppoſitū. ¶ Secūda cōcl̄o dedu/
cta cuiuſlibet rei indicatiōe p̄ter indicationes a mor
bo ⁊ eius cā ⁊ virtute: nō in cuiuſlibet morbi princi/
pio eſt groſſius dietandū q̄3 in ſtatu. P3 q2 ſtat in ali
cuius morbi principio vtendū eſſe dieta tenuiſſima vt
in morbo peracuto. ¶ Tertia cōcluſio in morbo ma/
teriali ſalubri cui⁹ principiū plurimū remotū eſt a ſta/
tu eius deductis alijs ſignificationib⁹ a morbo illo: ⁊
cā eius ⁊ virtute alijs parib⁹ groſſius eſt dietandū cō
ſtante vtrobiq3 virtute in principio quo ad acciden/
tia q̄3 in ſtatu quo ad accidentia. Concluſio patet: q2
magis nocent̄ ex equa groſſa dieta in ſtatu q̄3 in pri
cipio. Nam cū virt⁹ in māā fortiter operat̄: ſequit̄ ex
eius diſtractione eē maius nocumētū: ꝑpterea q2 vir/
tus magis ſtimulat̄: vn̄ nō poſſet cibū digerere: ⁊ iō
ad peiores humores ꝯuerteret̄ ⁊ minus bonū nutri/
mētū cauſaret. ¶ Quarta cōcluſio. in p̄dictis morbis
alijs paribus ⁊ alijs indicationibus deductis ſubtili⁹
eſt dietan̄. i ſtatu quo ad digōnē q̄3 in pricipio. P3 q2
in illo eſt virtus velocior ⁊ magis velociter agēs ī ma
teriā: ergo ipedimētū diſtractiōis mai⁹: ⁊ alia ſunt pa
ria vt pono. ¶ Quinta ꝯcl̄o. tpib⁹ quo ad māē altera/
tionē ⁊ quo ad accidētia coincidētib⁹ in p̄ncipio mul/
tū a ſtatu diſtāte general̄r ꝓcedendū eſt a principio vſ
q3 ad ſtatū ſubtiliādo cōſtante virtute ⁊ alijs indicatio
nib⁹ a morbo cā ⁊ virtute ceſſantib⁹ vel parib⁹. Iſta ē
ponēda pro mēte Auic. ⁊ p3 q2 quāto magis verſus
ſtatū procedim⁹: tāto nocumēta cibationis erūt maio
ra: vt colligit̄ ex notabilib⁹. ¶ Sexta ꝯcl̄o. in morbis
in quib⁹ hec tēpora nō coincidūt ſtat ſubtili⁹ eſſe die/
tādū in augmēto ⁊ principio quo ad materiei digōnē
q̄3 in ſtatu. Patet. q2 ſtat materiā eſſe paucior ē in ſta/
tu: ⁊ virtuti moleſtā minus: ⁊ virtutē magis cōſtāte3:
ideo minus malum eſt cibare tunc q̄3 in principio in
quo erant oppoſita. hoc accidit plerūq3 in pleureſi ⁊
in morbis: in quibus valde notabil̄r materia minora/
tur. ¶ Septima ꝯcluſio. in morbis in quib⁹ hec tēpo
ra nō coincidūt ſtat ſubtilius eſſe dietan̄. in ſtatu eiuſ/
dē morbi quo ad digōnē: q̄3 in ſtatu quo ad accidētia:
⁊ qn̄q3 ecōtra. Qn̄q3 eni3 quātūcūq3 modicu3 poſſet
in accidētib⁹ ſtatus quo ad accidentia ſuperare ſtatu3
quo ad digōnē. ⁊ per plus ſtat qn̄q3 ſuperare ipſum
ſtatū quo ad accidētia a ſtatu quo ad p̄parationē mate
riei. ſtabit igit̄ ꝙ maius erit nocumentu3 in cibatione
in ſtatu quo ad digōnē māē: q̄3 in ſtatu eiuſdē quo ad
accidētia: ⁊ ecōtra. Ex his p3 argumentoꝝ ſolutio.

¶ Nutriens preterea ſm hoc quidem ex eo
quod ſit nutrimentum duas alias habet ope
rationes: que ſunt velocitas penetrationis: ſi
cut diſpoſitio vini. Et tarditas penetratiōis:
ſicut diſpoſitio aſſatorum ⁊ frixorum. ¶ Et
etiam ſpiſſitudo ſubſtantie eius quod ex ipſo
generatur in ſanguine: ⁊ eius retētio: ſicut eſt
diſpoſitio nutrimenti carnis porcine ⁊ vituli/
ne: aut ipſius ſubtilitas ⁊ reſolutionis eius ne
ceſſitas: ſicut eſt diſpoſitio nutrimēti quod ſit
ex vino ⁊ ficubus.

¶ Hic ponitur tertia diſtinctio que ſumitur ex parte
modi ſubſtantie ſm cōmuniter exponentes. Et prio
ponit diſtinctione3. ſecūdo ponit can̄. correſpōdētes.
ſecūda ibi. (Et nobis quide3). In pria intendit duas
diſtinctiones: quarū prima eſt iſta. Nutrimentū quod
dā eſt velocis penetrationis: ſicut vinum. quoddam
tarde: ſicut aſſata ⁊ frixa. Secūda diſt. nutrimētū quod
dā prebet nutrimentū ſpiſſum ⁊ tarde reſolutionis: vt
caro porcina ⁊ vitulina. quoddam ſubtile ⁊ cite reſolu
tionis: vt vinum ⁊ ficus. ¶ Nota hic primo: ꝙ diſtin
ctio prima. ſ. ꝙ aliquid ſit tarde penetrationis: aut ve
locis penetrationis pendet: aut ex modo ſubſtātie: q2
ſubtilia facilius penetrant: aut ex qualitate: q2 illa que
ſunt temperata ad caliditatem ⁊ humiditatē declinā/
tia ſicut citius digerunt̄: ita etiā citius ⁊ facilius pene/
trant: aut rōne ſue ꝓprietatis. Nam quedā ēt ſunt que
ante ſuā digeſtionē penetrāt vt vinu3: vt pōt ſumi ex
his que dicunt̄ ſecūda primi. ſumma de pulſibus. ca.
de variatione pulſus ex cibo. Sed ſecūda diſtinctio
eſt ꝙ quoddā nutrimentū cōſtans ⁊ tarde reſolutōis:
⁊ quoddā ſubtile ⁊ cite reſolutionis pendet ex modo
ſubſtātie quaſi ſolūmodo: quia ſubtilia nutrimentum
preſtant cito diſſolubile: groſſa ecōtra. Similiter ſicca
cōſtans ⁊ humida diſſolubile. q̄re Ga. prio alimētorū
c. xviij. dixit ꝙ humidiora ꝯſiſtētijs modicū alimen/
tū dant. i. modicū durans ⁊ facilis euaporationis.

Per carnem
vitulinā intel
ligit carnē vac
ce ſm Gentilē
loco proprio.
Tripliciter di
cit̄ nutriēs fa
cilis digōnis
aut penetratō
nis. ſ. rōne nāē
ſue: ratione de
ſiderij appetē
tis ⁊ rōe ꝯtra
rietatis quam
h3 cum mala
cōplexione ac
cidentali. pro
hoc vide Ga.
in lib. de virtu
te cibariorum
ca. v.

UVA. BHSC. IyR_044_1

¶ Et nobis quidē eſt neceſſariū nutriēs qđ cito penetret cū caſui virtutis aīalis ſuccurrere volum⁹: ⁊ eius reſolutioni: ⁊ nō pōt ſtomachus ⁊ virtus tolerare vt nutriēs digeratur qđ tarde digerit̃. ¶ Et nos quidē a nutriēte terremur qđ cito digerit̃: cuȝ accidit vt nutriēs p̄cedat qđ tarde digerit̃: ⁊ timemus ne cū eo miſceat̃: ⁊ fiat ꝺm modū quē iam diximus. ¶ Et terremur ēt a nutrimēto groſſo cum ꝓ certo ſcimus ꝙ accidūt oppilationes. ¶ Sed eligimus cibū fortis nutrimēti ⁊ tarde digōnis ꝑꝑ eū quē cōfortare volum⁹ ⁊ exercitijs fortibus p̄parare. ¶ Rarū quoqȝ nutriēs eligimus ꝑꝑ illū cui velociter accidit pororum ſpiſſitudo.

Per virtutem animalē intelligit vitalem: vt ſupra in prima huius doctrina ſexta.c.iiij.

¶ Nunc ponit cañ. ⁊ ſunt q̄nqȝ. ſecunda ibi (Et nos) tertia ibi (Et terremur) quarta ibi (Sed eligim⁹) quinta ibi (Rarū). ¶ Primus canon eſt virtute digeſtiua exiſtente ita debili vt nutriēs tarde digōnis debito tp̄e nō valeat digerere: cū caſui virtutis aīalis ſuccurrere volum⁹: oȝ dare nutriēs facilis digōnis vt vinum ⁊ vitelli ouoꝝ: vt in limpothomia ⁊ defectione virtutis ⁊ ſincopi. ¶ Secūdus cañ. eſt poſt comeſtionem ciboꝝ tarde digōnis cauemus ab exhibitiōe cibi facilis digōnis ne digerat̃ prius ⁊ poſtea cōmiſceatur cuȝ eo: ita vt inde ſequat̃ vtriuſqȝ corruptio. ⁊ de hoc dictū eſt ſupra in ca. de regimine eius qđ comeditur ⁊ bibitur. ¶ Tertius canon eſt ꝙ in corꝑe in quo ſunt oppilationes: aut valde facilr̃ fiunt: cauenduȝ eſt a nutriētibus groſſi nutrimēti: q᷑ illud addit in oppilatione cū fiat oppilatio ex humoribus: aut multis: aut groſſis: aut viſcoſis. ¶ Quartus canon eſt ꝙ in corporib⁹ fortibus ad fortiora exercitia p̄paratis danda ſunt nutriētia tarde digōnis ⁊ groſſi nutrimēti: vt nutrimentū nō cito ex labore diſſoluat̃: vt caro vaccina aſſata ⁊ porcina. ¶ Quintus cañ. eſt ꝙ corpori qđ velociter cadit ī oppilationē: dādum eſt nutrimētū rarum cōſubtile. Et hi cañ. ſunt noti ex his que ſupra ca. de regimine eius qđ comeditur ⁊ bibitur dicunt̃: ideo non repeto.

Dicit Gal. i libro preallegato ca. ij. ꝙ ſūt q̄daȝ cibi groſſi ⁊ generatiui groſſoꝝ humorū qui cōferūt in oppilatiōibus eo ꝙ ſubtillāt ⁊ incidūt mediantib⁹ caliditate ⁊ acuitate in eis exiſtentibus quare ⁊c̃.

¶ Medicatio aūt que fit cum medicis tres hȝ regulas: vna eaꝝ eſt regula eligēdi ei⁹ qualitatē. ſ. eligēdi ipſam calidā aut frigidaȝ aut humidā aut ſiccā. ¶ Et ſcđa eſt regula ipſi⁹ eligendi quantitatē: ⁊ hec quidē regula diuiditur in regulā menſurādi pondus eius: ⁊ in regulā menſurādi ipſius qualitatē. ſ. ſue caliditatis graduȝ: aut frigiditatis: aut reliquarum ab iſtis. ¶ Et tertia eſt regula ordinandi ſuam horam.

¶ Poſitis cano. ad vnum inſtr̃m curatiuū pertinentibus. ſ. ad dietā ponunt̃ cañ. ad aliud inſtr̃m pertinētes. ſ. ad medicinaꝝ exhibitionē. Et diuiditur in duas. Nam primo ponit que ⁊ quot ſunt cōſiderāda generaliter in exhibitione medicinaꝝ. ſecūdo: que regule attendunt̃ in dādo medicinas. ſecūda ibi (In electione qualitatis) ¶ De prima dicit ꝙ medicatio que fit cum medicinis tres hȝ regulas. i. tres ſunt generales intētiones quas hȝ medicus cōſiderare in dando medicinas: vnde volens recte agere: tribus regulis indiget in dando medicinā. Et ideo dicunt̃ regule: q᷑ per illas regulas dirigit̃ medici intētio ⁊ operatio. ¶ Dicit̃ ſcđo ꝙ prima iſtaruȝ eſt regula eligendi qualitatē: puta calidā vel frigidā ⁊c̃. ⁊ per hoc intelligē maneriē virtutis: que a forma operat̃: vtputa deductiua colere vel flegmatis. ¶ Secūda regula eſt ad eligendū menſurā ponderis exhibēdi: vt. ℥. j. aut. ʒ. j. ⁊ regulā gradus eius: vt qđ in primo gradu vel ſecūdo vel alio. ¶ Tertia aūt generalis regula eſt eligēdi conuenientē horam ſue adminiſtrationis.

## Queſtio. VIII

Dubitatur Utrū in debita adminiſtratione medicinaꝝ tm̄ tres regule ſint attēdende. ¶ Et videt̃ primo ꝙ nō ſint niſi due: vt vult Gal. tertio tegni. ſ. qualitas ⁊ quātitas: q᷑ ponere tēpus eſt ſuꝑfluuȝ: vt ibi ponit Gal. in cōſideratione debite adminiſtrationis ſex rerū nō naturaliuȝ. ¶ Scđo preter iſtas ſunt multe cōſiderationes ſicut cōmixtiones ⁊ loca: per que medicie ſunt offerēde: ⁊ artificiales p̄parationes ⁊ modus ſubſtantie ⁊ virtutes ſcđo tegni: ⁊ ꝓprietates occulte vt infra patebit. ¶ Preterea in purgādo cōuenieter ſunt cōſideranda x. vt infra. iij. ca. ¶ Pro dubio nota primo ꝙ in adminiſtrādo medicinā quedā cōſiderāda ſunt ex parte medicine: quedā ex p̄te corporis: ⁊ quedā ex parte vtriuſqȝ. Nam cū medicina nō poſſit debite offerri niſi in cōparatione ad corꝑis indigentiā: pȝ ꝙ nō cōuenieter offert̃ ⁊ artificialiter niſi cognita corporis diſpoſitione ⁊ ipſius medicine: ⁊ etiā habitudine vnius ad reliquū. ¶ Nota ſcđo ꝙ de his que ſunt ex parte corꝑis cōſideranda: nō intendit hic Aui. nunc: ſȝ principaliter de his que ex parte medicine conſiderātur. ¶ Nota tertio ꝙ hic per qualitatē nō intelligim⁹ qualitatē primā: vt ſupra dixi: ſed oēm diſpoſitionē medicine denominatiuā merito: cuius eſt operatiua: ſic vel ſic nō ſpecificādo fortitudinē. Per quantitatē vero intelligimus diſpoſitionē medicine per quam conſideratur vt fortiter vel debiliter eſt operatiua: vt pondus menſura vel gradus. ¶ Nota quarto ꝙ ad ſciendum qualitatē ⁊ quantitatē debitā medicine offerēde exquiſite: opȝ ſciri oēm cōditionē facientē ad hoc vt debite offerat̃. Et ad habendū artificialem eſtimationem vicinā veritati de qualitate ⁊ quantitate offerende medicine: opȝ hr̃e plurimā cōſiderationē reruȝ facientiū ad hoc: vt medicina ſit cōueniens corpori: oȝ ergo eſſe in debita qualitate ꝑꝑ illam cām ⁊ in debita quātitate. Ex quibus pȝ ꝙ iſte due generales cōſiderationes ſufficiūt ex p̄te medicine offerēde: ⁊ ita etiaȝ ex p̄te aliarū reruȝ corpori noſtro applicandarū. ⁊ hoc voluit Gal. tertio tegni: ⁊ rō ſua. ¶ Ultimo nota ꝙ licet rō tp̄is includat̃ in cōſideratione iſtoꝝ duorum: tamen eius ſpecificatio facit doctrinā faciliorē. Et hac de cā Aui. ipſam tanq̄ȝ tertiā poſuit. ⁊ Gal. ita fecit loco allegato. ¶ Ex quo pȝ ꝙ ille tres cōſiderationes ſunt habēde. Patet ſcđo ꝙ iſtoꝝ vna includit̃ in alijs duab⁹. Patet tertio ꝙ iſta vna per vni⁹ illoꝝ tantū explicationē nō fuiſſet debite intellecta cū non tm̄ ad ea referat̃. Multotiēs enim tēpus eſt indebitū in dādo medicine exhibitionē: nō ꝓpter qualitatē ſed propter quātitatē: ⁊ multotiēs ecōtra. Ex quibus ſequitur ꝙ lȝ illis includat̃ cōſiderationibus: facilior tamē habet̃ doctrina ſigillatim determinādo de eis qđ Aui. fecit. ¶ Ad argumēta in oppoſitū pȝ ſolutio primi. ¶ Solutio ſcđi eſt ꝙ illarum plurima reducunt̃ ad conſiderationē determinantē ⁊ qualitatis ⁊ quātitatis. ¶ Ad tertium dicit̃ ꝙ illa de cauſa conſiderant̃ ex parte corporis ⁊ includuntur in debita qualitate ⁊ quantitate medicine conſiderande.

¶ In electōe aūt q̄litatis medicie abſolute nō hr̃ cognitio niſi ꝑ cognitionē ſpēi egritudīs: qm̄ cuȝ egritudīs q̄litas ſcita fuerit: erit medicina eligēda q̄ ei in ſua qualitate ſit ꝯ̄ria quoniā egritudo ſuo medicat̃ cōtrario ⁊ conſeruatur ſanitas ſuo ſimili.

¶ Nunc

UVA. BHSC. IyR_044_1

# Capitulum .j.



❡ Nūc exequitur de iſtis regulis. Et diuidit in tres partes ibi ſcd̄a (Quātitas aūt) ibi tertia (Ex parte aūt egritudinis) ❡ In pria parte dicit duo. ❡ Primū ē: cognitio abſolute qualitatis medicine: vt puta caliditatis ⁊ frigiditatis nō ꝯhēdo iſta ad menſurā vel gradum: non habet niſi ex nā egritudinis. ❡ Dicit ſcd̄o ꝙ hoc eſt iſto mō: q̄ꝛ cognita qualitate morbi eligim⁹ medicinā cōtrariā. Et rō: q̄ꝛ oīs cura fit ꝑ ꝯtraria: lʒ ſanitatis cōſeruatio fiat per ſimilia. ❡ Circa litterā nota p̄io ꝙ qualitatē medicine qn̄qʒ cōſideramus abſolute nō trahendo ad determinatā potentiam vel gradū verbi gratia: ꝙ eſt calida vel frigida ⁊c̄. Secūdo cōſideramus cōtractā ad proprietatē vel ad proportionē. Cognitio ſpeciei vel eſſentie morbi facit nos abſolute cognoſcere qualitatē medicine. ⁊ non aliud ad hoc requiritur q̄ʒ cognitio eſſentie morbi. Sed qualitas cōtracta modo dicto potius refert ad quātitatē: ad quā cognoſcendam alia requirunt vt ſupra habuiſti: ⁊ iō de illa infra dicetur. Ex quo pʒ ꝙ ly abſolute in textu dʒ coniungi cū ly qualitatis. ❡ Secūdo nota hic hūc locū dupl'r ſolere exponi. Uno mō ſumendo egritudinē: nec accidens: vt ſic dicamus egritudinē. Et ſic vr̄ ꝙ curatio ſoli morbo debeatur: ⁊ cauſe preuiſio: vt in cōmento illius apho. Ex plenitudine quecūqʒ egritudines fiunt: euacuatio ſanat. ⁊ ſecūdo terapētice. Uoluit ergo Auic. ꝙ in curatione que eſt morbi remotio qualitas medicine hoc facientis que eſt ſumenda ab eſſentia morbi debet eſſe contraria: q̄ꝛ debemus eligere medicinā cōtrariam. Sed multotiens in opere preuiſionis medicamen ſumit ꝯſimilis qualitatis cū morbo: vt cū damus ſcamoneā ad euacuañ. coleram faciētem tertianam: vel ſyrrupū calidū ad digereñ. flegma faciēs quotidianam. ❡ Scd̄s modus exponēdi eſt intelligere ƀ per actū curatiuū: actum remotiuum rem ꝑter naturā ſiue ſit morbus ſiue cā ſiue accidēs. Et tūc ꝑ egritudinē non intelligimus tantū morbū ſtricte: ſʒ oēʒ diſpōnē preternaturalē: ſiue ſit cā ſiue accidēs. Et erit ſenſus: ꝙ ab eſſentia rei preter naturam ſumimus qualitate medicine abſolute loquendo de qualitate: q̄ꝛ medicina de ſui qualitate dʒ eſſe: ꝯ̄ria ei. Et tūc eſt cōſiderandū ꝙ cōtraria qn̄qʒ ſumuntur ꝓprie vt qn̄ dicimus cōtraria que in eodeʒ genere poſita. maxime a ſe inuicem diſtant. Qn̄qʒ vero iꝓprie pro omni alterius remotiuo: ⁊ hoc modo ſumit hic cōtrariuʒ qd̄ dicitur cōiter a medicis ꝯtrariū virtual'r. Queādmodū vere ⁊ ſtricte cōtraria ſunt ſeinuicem corruptiua: ita illud in medicina dicit rei preter naturā cōtrariū qd̄ eſt eius remotiuū: ⁊ hoc modo intelligit Gal'. in terapentica. Sumit ergo contrarium pro cōtrario efficiente ⁊ non ſtricte. Ex quo ſequit ꝙ non incōuenit duo ꝯ̄ria eſſe hoc modo: quorū vtrūqʒ cōparatū homini tēperato eſt calidum: ⁊ tamē vnū alteri per illā qualitatē ꝯtrariat: Unde in morbo calido ꝯuenit medicina calida: vt in cancrena per putrefactionem que eſt a caliditate cōnit cauteriū calidū. Et in aꝑate calido iuuat pretermitti repercuſſiua frigida. In ſtatu vero conueniunt reſolutiua: ⁊ in declinatione que ſunt calida. ⁊ hoc modo intelligendo contrarium: verum eſt ꝙ omnis cura eſt per contrarium. Quod autē ab Aui. infra dicit ꝙ non omnis egritudo ſuo medicat contrario: intelligendū eſt de contrario ſtricte: ⁊ non de modo dicto: qd̄ iā conceſſum eſt. Et per hoc volo excuſari a diſputatione: vtrum oīs cura fiat per contraria.

❡ Quātitatis āt ipſius mēſura ex duab⁹ cognoſcit partib⁹ ƀm modū mēſure artificialis ex nā mēbri: ⁊ ex q̄ʒtitate egritudinis: ex reb⁹ q̄ ſuꝑ illud ſua ſignāt cōueniētia ⁊ aptitudine ipſaꝝ: q̄ ſunt genus ⁊ etas ⁊ cōſuetudo ⁊ tempus ⁊ regio ⁊ ars ⁊ virtus ⁊ forma.

❡ Nunc exequit d̄ quātitate. Et diuidit in duas partes. Primo enim enumerat ea a quibus fit vel ſumit cognitio quātitatis medicine. Scd̄o ſigillatim ꝓſeq̄tur oſtēdēdo qūo ſumat. ſcd̄a ibi (Nature vero) ❡ In prima dicit ꝙ natura q̄ʒtitatis medicinaꝝ ƀm moduʒ menſure artificialis cognoſcit ex duab⁹ rebus. ſ. natura mēbri ⁊ q̄ʒtitate egritudinis. Cognoſcit etiā ꝑ res que ſui cōuenientia ⁊ aptitudine habēt hoc ſignificare ſcʒ mēbri naturā ⁊ morbi q̄ʒtitatē: ſicut ſunt etas ⁊ genus ⁊ ſexus ⁊ cōſuetudo ⁊ tēpus ⁊ regio ⁊ ars ⁊ virt⁹ ⁊ forma. ❡ Circa partē nota primo ꝙ Aui. dicit duo genera: poſtea enumerat tria a quibus illa cognitio q̄ʒtitatis ſumit. Et rō eſt: q̄ꝛ cōtenta ſub mēbro tertio nō ſignificant de quātitate medicine niſi pro quāto ſignificant nām membri aut morbi q̄ʒtitatem. ❡ Scd̄o nota ꝙ dicit ƀm modū menſure artificialis. i. cognitio talis qualis eſt artificialis cognitio menſure debite q̄ eſt ƀm arbitriū eſtimatiuū certe veritati ꝓpinquū nō oīno certum. Nam vt tertio de ingenio ſanitatis dicitur: ꝙ vna eſt res que nec calamo ſcribi nec lingua ꝓferri poteſt. ſ. certa rei quātitas. ❡ Tertio nota ꝙ per virtutem intelligimus fortitudinē aut debilitateʒ. Et per formaʒ intelligimus corporis habitudinē pinguedinem aut macredinem.

Aui. non fecit mentioneʒ de quātitate graduali medicie q̄ꝛ eā dedit intelligere quando indagauit cognitionē q̄litatis abſolute ipſius ex natura egritudinis ƀm moduʒ dictum.

❡ Nature v̄o mēbri cognitio quattuor rerū cōtinet cognitionē. ſ. complexionis membri: ⁊ creationis: ⁊ eius ſitus: ⁊ ipſius virtutis.

❡ Proſequit de illis. Et diuidit in duas ƀʒ qd̄ d̄ duobus dictis determinat: determinat ēt de rebus q̄ ſua cōuenientia ſignificāt ꝓut in alia ꝑte ſuperius diuiſa pʒ. Fuit eni in ca. quedā ſubordiatio: vt bn̄ notat Dynus. ſcd̄a pars eſt ibi ƀʒ (vero egritudinis.) Prima in duas. Primo enumerat ea que ſunt in nā mēbri cōſiderāda. Scd̄o exequit. ibi ſcd̄a (Et cōpl'onis q̄dem.) ❡ Dicit primo ꝙ cognitio nāe mēbri q̄ʒtum attinet ꝓpoſito: cōtinet cognitionē quattuor rerum. ſ. complexionis mēbri: ⁊ creationis eius: ⁊ plaſmatiōis: ⁊ ſitus eius: ⁊ virtutis eiuſdē. ❡ Ubi nota ꝙ hic per complexionē intelligimus nālem: ⁊ nō accidentalē. ❡ Nota ſcd̄o ꝙ per creationē intelligimus plaſma cōtinēs in ſe quattuor maneries nārum. ſ. viam figurā ⁊ receptaculum ⁊ ſupꝑficiē: lʒ hoc plaſma nō ƀm oēs ſuos modos cōſideret in ſciendo q̄ʒtitatē medicine: vt īfra patebit. ❡ Tertio nota ꝙ per ſitū intelligimus duo. ſ. ſocietatē: vt ſcio ꝙ mānille ſunt ita ſituate ꝙ earuʒ due vene magne ad matricē terminate adueniūt. Et intelligimus locum corporis: vt in dextro vel ſiniſtro ⁊c̄.

Pro euidētiori nota. huius materie. vide Gal. in. vij. lib. de inge. ſanitatis in. c. xvj. ⁊ in libro de ſpātibus ad glauconeʒ in. c. xij.

❡ Quarto nota ꝙ per virtutē nō intelligimus robur ſed manerié virtutis aīe vel potētie aīe: cuius operatio in mēbro cōplet: vt q̄ꝛ ibi ſit virt⁹ vitalis vel animalis: aut ꝙ ſit virt⁹ vitalis neceſſarie operatiōis ad eſſe vel nō eſſe: ergo cōſiderant vt infra videbis in mēbri natura. ❡ Nota quinto lʒ quantitas diſcreta ⁊ continua ſint ēt ex parte membri nature: ⁊ ſil'r numerus: ab iſtis tn̄ nō ſumit indicatio de fortitudine medicine: ⁊ iō iſta tacuit. Uel ſi q̄ʒtitas hoc ſignificat res erat nota ⁊ qūo: ⁊ iō non fuit opportunū dicere.

❡ Et cōplexionis quidē mēbri quoniā cum eius naturalis cōplexio ſcita fuerit ⁊ ipſi⁹ cōplexio in egris ſciet ꝑ mēſurā eſtimatinā quāto ei⁹ cōpl'o nālis elōgata fuerit: ſcietur ergo menſura q̄ʒtitatis qua ipſa reduci poſſit ad tēperiem. v. g. qm̄ ſi ſanatiua compl'o fuerit frigida: ⁊ egritudinalis calida: tunc iam multa elongatio erit a compl'one ſui: ⁊ tūc multa indigebit infrigidatione: ꝙ ſi ambe fuerint calide ſufficit ei parua infrigidatio.

❡ Nūc exequit ⁊ diuidit in q̄ttuor ꝑtes ƀʒ ꝙ q̄ttuor

UVA. BHSC. IyR_044_1

ſunt in nã membꝛi ꝯſideranda. ſcða ibi( Et creationis q̃dẽ) tertia ibi( Et ſitus) quarta ibi( Et vtilitas quidẽ) ¶ De pꝛima dicit iſtã ꝯcluſionẽ. Cognitio complexionis naturalis mẽbꝛi patientis iuuat ad cognoſcendum naturã vel menſurã artificialem medicĩe appꝛoximãde. pꝛobaẽ qꝛ talis cognitio iuuat ad cognoſcendũ menſurã artificialẽ cõplõnis egritudinis. Nam cum ſcitur quãta eſt naturalis cõplexio ⁊ quãta ẽ nõ nãlis: tunc ſcitur quãta eſt diſtãtia a naturali cõplõne. Sed cognita menſura egritudinalis cõplõnis: cognoſcimus naturã medicine reductiue ad ſanitatẽ: ergo tandẽ per cognitionẽ cõplõnis nãlis iuuaẽ ad ſciẽdũ artificialẽ mẽſurã medicine appꝛoximãde. Uerbi grã ſi ſciaẽ ꝙ nãlis cõplõ mẽbꝛi eſt frigida ⁊ egritudinalis eſt calida: tũc ſciem⁹ ꝙ multa indiget infrigidatõe: qꝛ ibi eſt elongatio a naturali diſpoſitione. Sed ſi ambe cõplexiones ⁊ naturalis ⁊ accidentalis fuerint calide: tunc pauca ſufficit infrigidatio.

¶ Circa quã partẽ nota ꝙ nõ eſt Aui. intentio ꝙ ſola cognitio nãlis cõplõnis mẽbꝛi facit nos ſufficiẽter artificialẽ cognoſcere quãtitatẽ medicĩe: ſꝫ adiuuat ⁊ deditmodũ. Nã iſta cognitio adiuuat ad ſciẽdũ diſtãtiaꝫ lapſus cõplõnalis ſaltẽ gradualẽ a pꝓꝛio tẽperamẽto egrotãtis mõ dicto in exẽplo ⁊ ad tale tꝑamẽtũ ẽ coꝛpus reducẽdũ: ⁊ iõ ſcit̃ quãtitas quodãmodo infrigidatiõis aut alteratiõis reqͥſite: ꝑ quã etiã iuuamur ad ſciendũ menſurã medicine: nã aliis parib⁹ ad plus in frigidãdũ foꝛtioꝛi indigem⁹ medicĩa infrigidãte: cũ cõtinue medicĩa patiaẽ ⁊ debiliteẽ a coꝛpe. Et hoc modo expõnis nõ vr̃ Aui. inuere: ꝙ foꝛtioꝛa infrigidantia ſint appꝛoximãda flegmatico calefacto q̃ꝫ colerico aut econtra. Sꝫ ꝙ poſita paritate in lapſu caliditatis in mẽbꝛo nãlr̃ frĩdo ⁊ accidẽtalr̃ calefacto: ⁊ in membꝛo nãlr̃ calido ⁊ accñtalr̃ calefacto: maioꝛi infridatõe indigemus in frigido. Utrũ aũt iſta idigeãt foꝛti⁹ ĩfrigidãtibus non dicit: nec dicit vt ſupꝛa ſuppoſita equali graduali diſtãtia lapſus calidi in coꝛpe frigido a pꝛopꝛio tẽperamento: ⁊ lapſus calidi in coꝛpe calĩo a pꝛopꝛio tꝑamẽto: qs iſtoꝝ ſit peioꝛ lapſus vl̃ maioꝛ. Et iõ nõ ꝑtinet huic loco diſputare: vtrũ lapſus ſiĩs ſit peioꝛ lapſu ꝯꝛĩo: ſꝫ tñ ꝯñter ſolet hic q̃ri: vtrũ lapſus ſiĩs ſit deterioꝛ q̃ꝫ lapſus ꝯꝛĩus: ſed eſt dubiũ longũ: cui⁹ determinationẽ vide in illa. q. ſub illo apho. In moꝛbis minus periclitãtur egrotantes: quam ſeci.

Queſtio. IX

**Dubitatur** Utrũ colerico ⁊ flegmatico eq̃liter febꝛiẽtibus frigidioꝛa cõueniãt colerico q̃ꝫ flegmatico. ¶ Arguiẽ negatiue ſic. ¶ Pꝛĩo. Aliq̃ ſufficiũt ĩfridare colericũ: q̃ nõ ſufficiũt infridare flegmaticũ: ergo frigidioꝛa requirunẽ ad infrigidationẽ flegmatici q̃ꝫ colerici. Aſſumptũ pꝫ: medicina equalis caliditatis cũ flegmatico febꝛicitãte nõ ſufficit ipſum infrigidare cũ ſit ſiĩs: ⁊ illa ſufficit infrigidare colericũ: qꝛ temiſſioꝛis gradus caloꝛ: ergo ⁊c̃. ¶ Scðo in flegmatico febꝛiente cõueniũt frigida merito diſcraſie remouende ⁊ merito nãlis cõplõnis cõſeruande: ſed colerico merito diſcraſie cõueniunt frigida: ⁊ merito cõplõnis nãlis calida: ergo frigidioꝛa cõueniunt flegmatico q̃ꝫ colerico. Conſequẽtia nota: qꝛ merito diſcraſie vtraqꝫ exiſtẽte equali eque frigida cõuenirent: ergo cum alioꝛũ ſtante paritate frigidis vtẽdum ſit in flegmatico: ⁊ calidis in colerico: foꝛtioꝛibus frigidis indiget flegmaticus q̃ꝫ colericus. Aſſumptũ eſt Gal. octauo terapen. ca. vltimo. ¶ Tertio ad intẽſioꝛem gradũ frigiditatis dꝫ duci coꝛpus flegmaticuꝫ q̃ꝫ colericũ febꝛiens: ergo infrigidantibus indiget intenſioꝛibus. Conſequẽtia nota: qꝛ ſaltẽ frigidis eque indiget ſicut erit in fine aut frigidioꝛibus. Sed nõ taꝫ frigidis indiget colericus: qꝛ per minus frigida: ſaltẽ reiterata poterit ad ſuũ temperamentum reduci: cum talia ſint citra caliditatẽ colerico nãlẽ. ¶ Preterea foꝛtioꝛ ⁊ maioꝛ lapſus aliis paribus foꝛtioꝛibus indiget curatiuis: ſꝫ lapſus flegmatici ẽ maioꝛ cũ ſit diſſimilis. ergo ⁊c̃. ¶ Ad eandeꝫ partẽ videtur mens Aui. hic.

**In oppoſitum** arguitur ſic. Magis reſiſtit colericus cauſis infrigidãtibus q̃ꝫ flegmaticus. ergo foꝛtioꝛib⁹ indiget infrigidatiuis. Conſequẽtia nota: ⁊ añs pꝫ: qꝛ maioꝛ eſt in eo mẽſura caliditatis ad reſiſtendũ infrigidantibus ꝑ quã totũ reſiſtit. ¶ Cõfirmaẽ. qꝛ colerico danẽ frigida ꝑ moꝛbo remouendo ⁊ ꝑ lapſu cõpleſionis ad ſimilia ꝓhibendo. Sed flegmatico cõueniunt frigida pꝛo cura lapſus: ⁊ calida ne ꝯplexio nãlis ad ſimilẽ labatur.

¶ Circa iſtã. q. eſt pꝛĩo notandũ: ꝙ aliud eſt dicere frigidioꝛa cõpetere: ⁊ aliud eſt dicere potentius frigida. Nã lꝫ opium ſit nãliter frigidius q̃ꝫ lactuca: poſſet tñ ſumi ita parua q̃ꝫtitas opii: ⁊ ita magna q̃ꝫtitas lactuce ꝙ potentioꝛ eẽt lactuce q̃ꝫtitas ad infrigidandũ q̃ꝫ q̃ꝫtitas opii. Et ideo nõ obſtante ꝙ illud paucũ opii poſſet ⁊ dꝫ dici frigidius q̃ꝫ lactuca: tñ illa q̃ꝫtitas magna eſt potẽtius infrigiditatiua. ¶ Scðo no. ꝙ colericum ⁊ flegmaticũ eq̃liter febꝛire iuxta modos loquẽdi doctoꝛũ põt dupl̃r intelligi: Uno mõ ꝙ ita febꝛiãt ambo ꝙ ad tactũ appareãt eq̃ calidi. Scðo mõ ꝙ eq̃li gradu febꝛili caloꝛis recedãt a tꝑamẽto pꝓꝛio: ita ꝙ ſi ꝑ vnũ recedat colericus a ſua colericitate verſus calidũ: ſimiliter flegmaticus ꝑ vnũ diſtet gradũ a ſua nãli cõplexione. ¶ Tertio nota: ꝙ aliquid põt eſſe potens frigidũ qð nõ velociter infrigidat ſuũ paſſuꝫ: ⁊ põt eẽ aliqð debile frigidũ intẽſe infrigidans ⁊ velociter ſuũ paſſum. Et hoc cõtingit ꝑꝑ varietatẽ paſſoꝛum: pꝛecipue qꝛ reſpectu potẽtioꝛis erit ẽt paſſum multo potẽtius: ⁊ q̃nq̃ꝫ ꝑꝑ alias circũſtantias: vt applicationis ⁊ iuuamenꝛoꝝ. ¶ Quarto nota: ꝙ cũ dicimus aliqð eẽ foꝛte infrigidãs: põt ex cõi vſu loquendi intelligi duobus modis. Uno modo rõne foꝛtitudinis agentis: ⁊ hoc modo ſemper illud dicitur foꝛtius infrigidãs inter duo infrigidantia qð eſt in ſe potentius frigiduꝫ. Scðo modo in cõparatione ad infrigidationẽ quã facit: ita ꝙ illud qð magis infrigidat dicitur foꝛtius infrigidans. verbi gratia. ſit. a. potens vt. viij. b. vero reſiſtens vt quattuoꝛ. a. aget velocitate vt duo: ſed ſit. c. potens vt. vj. d. vero reſiſtens vt vnũ. c. agit velocitate pluſq̃ꝫ vt quattuoꝛ: ⁊ tñ. a. eſt foꝛtius infrigidãs pꝛimo modo: qꝛ hꝫ maioꝛeꝫ potentiã infrigidandi. c. vero eſt foꝛtius infrigidans ſcðo modo: qꝛ magis infrigidat. ¶ Quinto no. ꝙ ẽt apud modos loquẽdi medicoꝛum duobus modis aliquid diciẽ foꝛtius infrigidans. Uno modo diciẽ foꝛtius qꝛ maioꝛẽ latitudineꝫ frigiditas inducit in equali tꝑe: ſicut ſi vnuꝫ inducat in hoꝛa duos gradus: ⁊ aliud vnum graduꝫ. illud qð inducit duos gradus foꝛtius infrigidans. ¶ Scðo modo dr̃ foꝛtius infrigidaus: qꝛ maioꝛem latitudinẽ frigiditatis inducit ſiue in tꝑe equali ſiue in maioꝛi. ſicut dicimus ꝙ foꝛtius infrigidatur vnuꝫ permanendo in aere mediocriter frigido per diem q̃ꝫ ipſum idẽ permanendo in aere valde frigidioꝛi per paruũ tꝑs: ⁊ iõ ille aer mediocriter frigidus dicitur foꝛtius infrigidatiuus ſiue foꝛte infrigidãs: ⁊ ille frigidioꝛ dr̃ debiliter infrigidãs nõ obſtãte ꝙ ille aer frigidioꝛ pꝛo tꝑe quo agit velocius infrigidet. Et ſm̃ hoc etiã medici dicũt ꝙ aliquid eſt foꝛtius infrigidans quo ad vnã applicationẽ: ſed ſtat aliud debiliſſimũ per vnã applicationẽ fieri foꝛtius infrigidans ꝑ multotiens applicabiẽ ita vt tandem plus de frigiditate inducat. ¶ Sexto nota ꝙ infrigidationẽ foꝛtem vel debileꝫ vel frigida appꝛoximanda intenſa vel remiſſa non ſolum ex cõplexione patiẽtis ⁊ qualitate ⁊ quãtitate moꝛbi iudicamus. Nã virtus ⁊ natura mẽbꝛi tꝑs anni ⁊ multa alia ſunt cõſiderãda: que q̃nqꝫ indicant ꝓpoꝛtionabil̃r cõplexioni

quandoqꝫ

UVA. BHSC. IyR_044_1

quādoqꝫ oppoſito modo. ¶ Septimo nota ꝓut ſumitur in iſto ca. ⁊ octauo terapētice. c. vlti. eſſe ponēdaꝫ paritatē alioꝝ indicantiū: ⁊ erit ſenſus q̄ōnis vtrū colerico ⁊ flegmatico corꝑibꝰ calefactis equal'r ꝑter nām frigidiora cōueniāt colerico q̄ꝫ flegmatico alijs paribus indicationibꝰ quātū eſt poſſibile: puta ex virtute ⁊ natura ⁊ tꝑe ⁊ alijs infra dicēdis in iſto capitulo. ¶ His itaqꝫ declaratis in reſiduo ponā duos articulos. In p̄io narrabo opinionē alioꝝ in mā. In ſcđo videbit' ꝺ mō quodā mihi magis ꝓbabili appente.

Quantum ad primū eſt prima opinio Cōci. ⁊ Dy. ipſuꝫ ſequētis in quibuſdā ꝯſtōnibus. Et hec eſt prima ꝯcluſio. Colerico ⁊ flegmatico equal'r febriētibus ſtat ꝑꝑ alioꝝ diſparitatē frigidiora eſſe offerēda colerico in vna vice ⁊ ecōtra flegmatico. Probat' cōcl'o: q: ſi virtus flegmatici ſit virtus valde debilis nō tolerās approximationē multoꝝ frigidoꝝ: ⁊ cū hoc tꝑs hyemale ⁊ regio frigida ⁊ ꝯſuetudo ſumēdi talia ⁊ corꝑis tenuitas i flegmatico: ⁊ coleric' vero febriat in tꝑe calido ⁊ cū virtute robuſta ⁊ ſit frigidis aſſuefactꝰ: non eſt dubiū frigidiora cōpetere colerico q̄ꝫ flegmatico: q: īdicatōes ad frigidiora ſunt fortiores: ⁊ ita in ꝯ̄rio caſu cōtingere poſſet oppoſitū. In iſta ꝯſtōne nēo diſcordat. ¶ Secūda ꝯcl'o: colerico ⁊ flegmatico equal'r febrientibꝰ vt eque calidi ad tactū videant': frigidiora ꝯueniūt flegmatico q̄ꝫ colerico ceteris paribꝰ: q: illi cōpetūt frigidiora q magis ꝑmutatus eſt a nāli cōpl'one verſus calidū: ſꝫ flegmaticꝰ eſt hmōi: ergo ⁊c̄. ⁊ hoc eſt de mente Aui. hic ⁊ Ga. octauo terapētice. c. vltio dū cōparauit colericū iuueni aſſueto diete cal'e ⁊ ſicce: ⁊ dixit flegmaticū corpꝰ puerile ⁊c̄. Itē priori q̄dē ⁊ ꝑꝑ nām ⁊ etatē ⁊ ſil'ibus eiſdē dietatiōibꝰ aſſuetis apta ſicciora ⁊ calidiora ꝯuenire cibaria. Idē etiā ſentit ſeptimo terapētice cū dicit. Quecūqꝫ calidiores nā ꝑticule ſꝫ frigiditatē egrotāt magis hoc ⁊ vſqꝫ ampliꝰ tꝑs calefieri indigebūt: in frigidis aūt ecōtra. Naꝫ intm̄ redire oꝫ vnāquāqꝫ diſcraſiaꝝ ad eaꝫ que ſm nām inquātum eſt in ea q̄ ſunt ꝑter naturaꝫ euerſe. Idem ſentit Haliabas tertio pratice cū dixit. Opꝫ medelaꝫ ſꝫ cōplexionē corꝑis fieri: vt ſiquidē corꝑis frigida eſt naturalis cōplexio genꝰ in fe. rebꝰ que fortiter infrigidāt eo ꝙ hoc corpꝰ frigidū a cōpl'one ſua nāli eſt elongatū plurimū. ¶ Tertia cōcluſio: corꝑe colerico ⁊ flegmatico equal'r febriētibꝰ reſpectu ꝓprij tēperamēti frigidiora ꝯueniūt flegmatico q̄ꝫ colerico alijs paribus: q: flegmatico ꝯuenit ꝑꝑ malaꝫ cōpl'onē remouendam ⁊ nālem ꝯſeruandaꝫ. Sed colerico tm̄ ꝯueniūt ꝑꝑ malā cōpl'onē remouendaꝫ: ⁊ iđ ceteris paribꝰ magis conueniunt frigida flegmatico q̄ꝫ colerico. Et confirmari pōt: q: in vlceribꝰ partiū ſiccarū vt ſunt nerui fortioribus ⁊ ſicciorbꝰ vtimur medicaminibꝰ: in vlceribꝰ partium humidaꝝ ⁊ carniū glandoſaꝝ minꝰ fortibus: vt ſumit' ex Aui. tertia quarti de medicis faciētibꝰ naſci carnē. Sꝫ ſi dicat' frigida ꝯuenir̄ colerico ꝑꝑ reductionem ad tēperamētuꝫ. Reſpōdetur ꝙ ꝑ tūc nō debet regi regimine reductiuo: ſed cōſeruatiuo quouſqꝫ ſanetur. ¶ Scđa opi. colligit' ab Ange. de ſenis in ſua q. de lapſibus. ⁊ cōſiſtit in duabus cōcluſionibus. ¶ Prima eſt iſta. Colerico ⁊ flegmatico equaliter febrientibus ſiue quo ad tactū: ſiue reſpectu tēperamēti ꝓprij frigidiora alterantia ⁊ ꝑ alteratiōe debent' colerico q̄ꝫ flegmatico. Probat' q: illi corꝑi quo ad pure alterātia debent' frigidiora in quo reperit' maior reſiſtentia cāis infrīdātibꝰ. Sed in corꝑe colerico ita ē reſpectu flegmatici: ergo ⁊c̄. Conſequentia nota. Patet minor: q: calor colerici eſt maior q̄ꝫ calor flegmatici: eſto ꝙ ad equales gradus veniſſent. Idē confirmat experiētia: q: videmꝰ medicos curātes flegmaticos nō audere ſuꝑ potū aque frigide ⁊ alijs rebus in frigidātibus ſicut audent in cura colericoꝝ ꝓpter timorē extinctionis caloris naturalis. Et hanc concluſionem voluit Auer. octauo colliget. ¶ Secūda concluſio: colerico ⁊ flegmatico equal'r febriētibus quomodocunqꝫ ſiue reſpectu ꝓprij tēperamenti ſiue quo ad tactū frigidiores cibi debent' flegmatico q̄ꝫ colerico. Probat': q: debent' cibi per quos reponant' partes ꝑternaturaliter frigidiores q̄ꝫ ille quibꝰ indigent colerici. Nam debēt per iſtos cibos reponi ꝑtes ſil'es ꝑtibus deꝑditis in vtroqꝫ: ⁊ cōſtat ꝙ frigidiores ſunt deꝑdite in flegmatico. Et hanc ꝯcluſionē videt' voluiſſe Gal. octauo terapētice ⁊ precedētē voluiſſe Auer. ⁊ hoc modo ꝯcordant' iſti doctores. ¶ Tertia opi. ē Marſilij volentis tres ꝯcluſiones. ¶ Prima eſt iſtis dictis equal'r febriētibus quo ad tactū frigidiora conueniūt flegmatico alijs paribꝰ: pꝫ q: maior caliditatis latitudo eſt corrūpenda. ¶ Scđa ꝯ̄: iſtis febriētibus equal'r reſpectu ꝓprij tēperamēti frigidiora conueniunt colerico: q: gradus equalis caliditatis eſt remouēdus: ⁊ maior eſt reſiſtētia in colerico alijs paribus. ¶ Tertia cōcluſio lapſu exiſtēte equali reſpectu ꝓprij tēperamēti eque ꝑciſe frigida ꝯueniūt effectiue: pꝫ q: frigida eque ꝑciſe ad equalē frīditat̄ latitudinē inducētia ꝯueniūt: ⁊ iſta quodāmō pn̄t dici eque frigida effectiue. ¶ Circa iſtaꝝ īprobatiōes nō inſiſto: q: in ſequētibus videbit' quid de ipſis ſit dicendum.

Quantum ad ſcđm articulū ſuppono primo ꝙ in cura male ꝯpl'onis calide nō ſufficiunt per ſe per quantācūqꝫ reiterationeꝫ ea que ſunt ita modicū frigida ꝙ frigiditatē ꝓprij tēperamēti corꝑis egrotātis introducere nō pn̄t: pꝫ q: ꝑ ſe curatiua debēt totū lapſuꝫ abijcere ⁊ ꝯpl'onē naturalē ꝑ ſe introducere. ¶ Suppono ſcđo ꝙ medicina tꝑata vel cal'a in certo gradu vel frigida nō eſt corporis alteratiua in ſil'i gradu reſpectu tēperamēti: vt tanti gradus alteratiui. Volo dicere ꝙ medicina calida in primo: inquantū cal'a in p̄io nō eſt corꝑis calidi in primo ꝑ ſe alteratiua: ⁊ ſic de alijs: pꝫ q: oīs medicina talis calida in primo eſſet corꝑis calidi in p̄io alteratiua. modo hoc eſt falſuꝫ: q: medicina que calefacit corpus tēperatū ad primū gradū corporis calidioris eſt īfrigidatiua multotiēs: vt ſumit' ex Gal. primo ⁊ ſcđo de ſimplici medicina: ⁊ vidiſti de eo latius in capl'o de eo qđ comedit' ⁊ bibit'. ¶ Suppono tertio. ꝙ aliqua medicina in primo frigida eſt per reiterationē vſqꝫ ad quartū infrigidatiua: ⁊ ita correſpōdenter aliqua calida in primo ⁊c̄. hoc totū pꝫ in. c. ſupius allegato. ¶ Quarto ſuppono. ꝙ ſi corpꝰ tēperatum labat' ad calidū ꝑ nullā medicinā calidā quantūcūqꝫ remiſſiorē cōpl'one diſtēperata acquiſita ab eo reducitur ad tēperamentū: ⁊ hoc pꝫ per Gale. tertio de ſimplici medicīa: vbi dixit ꝙ ſi egritudo eſſet vehemētioris caliditatis q̄ꝫ ſit cōplexio media: tunc medicine ſil'es ei ſeruāt ipſam ⁊ faciunt eam remanere ſm ſuam diſpoſitionem. Et medicine que ſunt calidiores addūt caliditatē ei. Et medicīe q̄ ſunt mīoris cal'itatis q̄ꝫ ipſa minuūt caliditatē eiꝰ: tn̄ nō ſanāt ſanatiōe cōpleta. ¶ Ex iſto ſequit' ꝙ corꝑe frigido lapſo verſus calidum nulla medicina minus frigida ipſo: vt talis ſufficit ipm̄ per ſe ſanare: vt pꝫ: q: ſicut ſe hꝫ medicīa calidior tēperata ad tēperatū: ita medicina minꝰ frigida ī corꝑe frigido hꝫ ſe ad hoc frigidū: ſed medicina calidior tꝑata nō eſt alteratiua corꝑis tēperati: vt pꝫ ex ſcđa ſuppoſitiōe: quare nec medicina minꝰ frigida poteſt vt ſic quo ad gradū frigiditatis eius remittere totaliter calorē: ⁊ hoc poſſet per pauca deduci ex ſecunda ſuppōne. ¶ Quinto ſuppo. ꝙ corꝑe colerico calefacto per ſolam alterationē reducibili ſub quodam gradu inter tēperamentū ⁊ naturalē cōplexionē illius colerici nō repugnat inueniri medicinā per reiteratio

Galenꝰ voluit frigidiora deberi flegmatico: Auerrois ꝯo ſeptimo colliget. c. ij. colerico: ſed ille reſpexit ꝯplexionem hic vero virtutē.

Iſtđ eſt ſꝫ mētem Gal. in de ſimplici medicina volentis gradus medicinarū dici reſpectu ꝯplexionis temperate ita ꝙ illa dr̄ calida in primo q tēperatuꝫ calefacit in p̄io.

nem aptā per ſeipſam colericū calefactū ad proprīuz
tēperamētū reducere pbaꝛ: qꝛ corpore calefacto pre/
ternaturaliter medicina calida: ſʒ minus calida q̄ȝ ſit
illa cōplexio diſtēperata: illam ſufficit remittere ⁊ ver
ſus tēperamentū ducere: vt pȝ ex Gal. loco ſtatim al/
legato: ergo ſub quolibet gradu caliditatis medicina
rum citra ꝓpriū tñ tēperamentū dati colerici ꝯtingit
inueniri medicinā cuiuſlibet gradus ſupioris remiſſi
uā: ⁊ iō per reiterationē vſqȝ ad ꝓpriū tēperamētum
reductiuā. ℭ Sexto ſup. ꝙ lʒ corpora alicuius cōple/
xionis nālis ſint ab illa cōplone lapſa: habēt tñ natu
ralem inclinationē ad redditū ad nālem cōplexionez
⁊ virtutē ab intrinſeco eorūdem reductiuaȝ. Iſta per
ſe pȝ nō tm̄ in hoīe: ſed ēt in brutis ⁊ inanimatis ⁊ ele
mentis. ℭ Ultimo ſuppono ꝙ nō repugnat dari cole
ricū ⁊ flegmaticū eiuſdē etatis cū equali quātitate ſan
guinis ⁊ ſpirituū ⁊ humidi mēbralis: pȝ ſuppoſitio p
multos caſus imaginarios: vt ſi in vno fiat ſanguis
eūatio ⁊ ſpūum ⁊ humidi mēbralis reſolutio: poterūt
ambo ad equalē mēſurā ſanguis ⁊ ſpūum ⁊ humidi
mēbralis deduci. ℭ His habitis pria ꝯ͂ eſt iſta. Cole
rico ⁊ flegmatico equalr̄ quo ad tactū calefactis maio
ri infrigidatiōe indiget flegmatic⁹ ⁊ forti⁹ infrigidan/
tib⁹ mō vno ſupradicto. pȝ: qꝛ p maiorē latitudinē ca/
liditatis diſtat a tēperamēto ꝓprio. ⁊ hāc vult Aui. ⁊
oēs ꝯcedūt. ℭ Scōa cōclo. colerico ⁊ flegmatico eq̄
liter febriētib⁹ minus potentes medicine reqrunꝛ ad
infrigidādū flegmaticū q̄ȝ colericū. Probaꝛ: minor
eſt reſiſtētia infrigidātibus in flegmatico q̄ȝ colerico:
cū calitas iſta ſit equalis ⁊ magis ꝑternaturalis. In
flegmatico aūt ſaltē preciſe tantū reſiſtit flegmatici ca
liditas: cauſis infrigidātib⁹ ſicut illi⁹ colerici: ⁊ ab īrī
ſeco fortius inclinaꝛ ad reducēdū ſe ad frigiditateȝ: ⁊
forti⁹ iuuatur cū habeat nālem cōplonem frigidā ma/
gis ad hoc iuuantē: ergo min⁹ potēti medicia infrigi/
datiua pōt infrigidare flegmaticū q̄ȝ colericū. Ex iſto
ſequiꝛ ꝙ min⁹ potētibus frigidis pōt reduci ⁊ curari
flegmatic⁹ febriēs q̄ȝ colericus: qꝛ nō fortior medicina
requiriꝛ ad infrigidādū poſt aliqualē infrigidationez
q̄ȝ prius: ⁊ ideo cuȝ minus forti ad ꝓpriū tēperamē/
tum pōt reduci. Ex his ſequiꝛ ſcōo ꝙ indicatōe ſum
pta a nāli cōplone dictoꝝ: lʒ maiori infridatōe indige
at flegmatic⁹ q̄ȝ coleric⁹: tñ minus potētia frida ſunt
flatico approximāda q̄ȝ colerico. ℭ Tertia ꝯclo. cole
rico ⁊ flatico mō dicto equalr̄ febriētib⁹ reqriꝛ vt ſint
medicine gradualr̄ fridiores ad curā flatici q̄ȝ coleri
ci. Probaꝛ: ad curā colerici nō reqrunꝛ vt ſic medici/
ne gradualr̄ frigidiores a tpato gradualr̄ diſtātes: vt
pȝ ex ſuppōne qnta. Naȝ colerico ꝑternaturalr̄ cale/
facto nō repugnat inueniri medicinā calidiorē tēpera
ta minus calidaȝ cōplonē nāli colerici: illi⁹ tamē per
ſe reiterādo reductiuā: vt dicit qnta ſuppoſitio. Sed
ad curā flegmatici vt ſic reqrunꝛ medicie fridiores tē
peratis: vt pȝ ex correlario quarte ſuppōnis. Nam tē
perata vt ſic nō eſt temperati infridatiua ⁊ calidiores
nō pn̄t vſqȝ ad tēperamētū reducere. Ex qbus pȝ ꝙ
indicatiōe ſumpta a cōplone nāli tanq̄ȝ a ꝯſeruabili:
qꝛ illa nō opȝ omittere in cura ⁊ cū vſqȝ ad illā veniē
dum eſt: gradualr̄ fridiora opȝ offerri flatico q̄ȝ cole
rico. Et hoc vult Gal. octauo terapētice. c. vlti. cum
dixit ꝙ frigidiora cōpetūt flegmatico q̄ȝ colerico: in/
dicatione ſumpta a naturali cōplone. ℭ Quarta ꝯ͂.
colerico ⁊ flegmatico equalr̄ febrientib⁹ alijs parib⁹
ſtat nō eque intēſe frigida ꝯueniēter offerri flegmati
co ſicut colerico. Patet: qꝛ talibus magis reſiſteret co
lericus q̄ȝ flegmatic⁹: ergo ſtabit iſta qn̄qȝ ſufficere co
lericū ſine notabili leſione infrigidare: q̄ tñ flegmati/
cum cū notabili leſione īfrigidarēt: ⁊ hoc vult Auer.
ſeptimo collig. Unde ſecurius intēſe frigida offerim⁹
colerico intēſe febrienti multū q̄ȝ flatico pp debilita/

Et hoc eſt qꝛ lʒ ꝯplexio actua lis variet: ſtat tñ virtualē nō variari.

Nota ꝙ ſecnn da tertia ⁊ q̄r ta ꝯcluſiones intelliguntꝛ de eq̄litate quo ad tactum.

tem caloris ad reſiſtendum cauſis infrigidantibus.
ℭ Quinta ꝯcluſio: colerico ⁊ flegmatico equaliter fe/
briētibus alijs paribus reſpectu ꝓprij temperamēti
licet potētiora requiranꝛ frigida ad colericum infrigi
dādū q̄ȝ flegmaticū: nō tñ reqrunꝛ gradualr̄ frigidio
ra ad alterādum ⁊ curandū colericum q̄ȝ flegmaticū:
pȝ ex dictis. ℭ Ex his pȝ primo ꝙ rationes ꝓ prima
ſcōa ⁊ tertia ꝯcluſiōibus prime opinionis nō cōcludūt
nec ipſi illas ad ſenſum datū poſuerūt. ℭ Sequitur
ſecundo ꝙ rationes ſcōe opinionis declaratiue ſunt
falſe. ℭ Sequiꝛ tertio ꝙ ſcōa ⁊ tertia cōcluſiones ter/
tie opi. nō ſunt vere. ℭ Sed hic cadunt alique dubi/
tatiōes. Prima vtrū duobus flegmaticis inequaliter
a temperamento diſtātibus ⁊ eque calefactis frigidio
ra requirantur ad curam frigidioris q̄ȝ minus frigidi.
Et videtur ꝙ per eque frigida poteſt reduci flegmati
cus minus frigidus ⁊ ēt magis frigidus: ſuppoſito ꝙ
medicina primi gradus per reiterationem poſſet effe
ctus q̄rti gradus inducere Et ſimilis queſtio de duo
bus calidis infrigidatis ſequitur: in quibus credo ꝙ
quātuncunqȝ per remiſſe frigida quo ad gradualem
denominationem poſſet reduci magis frigidum: ⁊ p
tantum remiſſe frigida iuxta locutiones medicorum
poteſt reduci magis frigidum. Et tu vide quomodo
hoc ſuperioribus non cōtradicat ex hoc ꝙ medicina
rum calidarum in primo quedam eſt calefactiua cali/
di in primo ⁊ ſcōo: quedam vero non: ſed ſunt calidi
remiſſiua. ℭ Ex his patet ad argumēta: ⁊ patet ꝙ tria
prima concludunt potentiora frigida gradualiter dan
da eſſe flegmatico qō eſt cōceſſuȝ. Sed argumenta par
tis oppoſite cōcludūt potētiora frigida dāda eſſe cole
rico. illud ēt cōceditur nec repugnat dictis vt patet.

ℭ Et creationis quidem mēbri iaȝ diximus
ꝙ creatura mēbri ī quattuor diuidiꝛ modos:
⁊ tu quidē eam conſiderare debes.

ℭ Nūc ponit modū ſm̄ quē ex creatione membri ſu/
mitur indicatio de quātitate medicine offerende: ⁊ di
uiditur in tres. Primo ponit vnū genus cōtentorum
ſub creatione. Scōo ponit duas diſtinctiōes ad ꝓpoſi
tum cū can̄. Tertio graduat mēbra ſʒ has diſpōes in
requiſitione fortis vel debilis medicine. ſcōa ibi (Poſt
hoc) tertia ibi (Qō autē forti) ℭ De prima dicit ꝙ iaȝ
dictum eſt ſupra ſecunda fen: ꝙ creatio mēbri hȝ quat
tuor modos ſm̄ ꝙ hoc noīe creationis quattuor īpor
tantur maneries vel diſpoſitiones mēbri: vt ſunt figu
ra: receptaculū: via: ⁊ ſuperficies: ꝓ quibus vide qō
dixi primo tegni: ⁊ ſupra fen ſcōa. ℭ Nota tamen hic
ꝙ a figura vel a ſuperficie modica vel nulla ſumitur in
dicatio fortitudinis medicine: ⁊ ideo ab iſtis Aui. nō
docet eligere: ſed quia a via vel receptaculo ſumitur:
ideo de illis fecit mentionem.

Galenus. 7. de ingenio ſanitatis ca. vltimo vlt nobis purgationeȝ principaliter oſtendi ex creatione membri.

ℭ Poſt hoc ſcire debes ꝙ mēbrorū quedaȝ
ſunt que in foraminibus ſuis ſūt facilia: ⁊ ſūt
in eis interius aut exteri⁹ loca vacua: per que
expelliꝛ ſupfluitas medicina ſubtili ⁊ tēpera
ta. Et eoꝝ ſunt alia que non ſunt ita: ſed medi
cina indigent fortiore. ℭ Et ſimiliter eoꝝ qō
eſt rarum ⁊ qō eſt ſpiſſum. Et raro quidē me
dicina ſufficit ſubtilis: ⁊ ſpiſſo ē medicina for
tis neceſſaria.

ℭ Ponit diſtinctiōes cū can̄. Et eſt prima diſtinctio
ꝙ membra quedam ſunt facilia in ſuis foraminibus.
i. hn̄t foramina per que faciliter materia euacuatur vt
ſunt illa que interius habent concauitatem: aut exteri
us hn̄t loca vacua. i. cum eis cōiungitur exterius con
cauitas per que euacuantur humores medicina ſub
tili. i. debili: quedaȝ aūt hec non habēt ⁊ indigent me
dicina fortiori. ℭ Scōa diſtinctio eſt ꝙ membrorum
quoddā

UVA. BHSC. IyR_044_1

quoddã rarũ: quoddã eſt ſpiſſum. Rarũ indiget medicia ſubtili.i.debili. Spiſſuꝫ alijs paribꝰ fortiori medicina. Et iõ notanter alijs paribus: qꝛ vltra receptacula ⁊ viã ſunt plura indicãtia de fortitudine aut debilitate medicine. Et ideo ſtat ꝙ mẽbrũ rarũ nõ inquãtum eſt rarũ indiget medicina forti: ſꝫ ꝓ quãto diſtat a loco vbi medicina recipit vel alia cã. Et ideo vni mẽbro merito vniꝰ medicina fortis cõuenit cui merito alterius conuenit debilis: vt pulmoni vt patebit: nec iſta repugnãt. Et qꝛ rarũ vt hic ſumit ſignificat habens multos poros: denſum vero habẽs paucos vel ſtrictos: iõ pꝫ ꝙ iſte diſtinctões ſumunt ex pte vie aut receptaculi. ſcðo etiã vr cã cañ. Nã per vias manifeſtas facilior fit euacuatio: ⁊ in membris habẽtibus multa ⁊ magna foramina facilius agẽs ĩprimit. Ecõtra aũt difficulter fit in oppoſito mõ diſpoſito.

¶ Quod aũt forti medicina magis indiget: eſt illud qð in nulla duarũ partiũ ventriculuꝫ hꝫ neqꝫ receptaculũ. Et poſt ipſum eſt illud qð hꝫ in vna parte. Et poſt illud eſt qð a duabus partibus hꝫ receptaculũ, ſed eſt ſolidũ ⁊ ſpiſſum ſicut rigno: poſtea eſt illud qð ea hꝫ a duabus partibus, ⁊ eſt rarum ſicut pulmo.

Utrum in aliquo caſu ſit euacuandũ artificia/liter a medico vſq̃ ad ſincopiꝫ. ¶Ne gatiue arguiṫ ſic.p̄io q: medic⁹nõ dꝫ eũationẽ facer: per quã virtus plurimũ debiliteṫ: ſed hec eũatio vſq̃ ad ſincopim eſt talis: igiṫ ꝛc̃.maioꝛ pꝫ: q: cõis intẽtio vtriuſq̃ opuſculi eſt vite cuſtodia. ¶Scḋo.illa eua/cuatio nõ eſt faciẽda per quã plurimũ de humoꝛe bo/no eũatur: talis aũt eſt ducẽs ad ſincopim cũ aliter ad ſincopim non deduceretur. ¶Tertio.illa eũatio non dꝫ fieri p quã coꝛpus exponiṫ periculo vt p paruũ ac/cidẽs moꝛiatur: talis aũt eſt eũatio vſq̃ ad ſincopim: igitur ꝛc̃. ¶Quarto.q: per talẽ eũonem aliqñ humo res mouẽtur ad putredinẽ cũ deſinat virt⁹ab eoꝝ regi mine debilitato caloꝛe ĩnato q regebat. ¶Quinto.q: medic⁹nõ dꝫ vti remedio qḋ iuuat p accidẽs: vt per ſe valde notabile faciat nocumẽtuꝫ: ſꝫ eũatio vſq̃ ad ſin/copim eſt hmõi igiṫ ꝛc̃.Qḋ eniꝫ per ſe ſaciat nocumẽ tum magnũ nõ eſt dubiũ. Sꝫ ꝙ faciat iuuamentũ per accidẽs: pꝫ maxime in ſinoca in qua magis cõceditur: q: in illa iuuat infrigidãdo: nã talis eũatio infrigidat per accidẽs ꝛ nõ per ſe. ¶Sexto: q: nã nunꝗ̃ in bo/na ꝛ laudabili criſi facit ſincopiꝫ: ꝛ medicus debꝫ eſſe imitatoꝛ nãe in operib⁹bonis: igiṫ ꝛc̃.Et p hac parte eſt Auer.ſeptimo colliget increpãs Gal.ꝛ ꝯ̃ ipm argu ens in hoc ꝓpoſito. ¶In oppoſitũ eſt Aui.hic ꝛ Ga le.nono terapẽ.ꝛ Aui.prima quarti.ꝛ Hip.p̄ria parti cula apho.illo apho.Que egerunṫ ꝛc̃.Gal.in cõmẽ/to ꝛ ferẽ oẽs medicine doctoꝛes excepto Auer. ¶In hoc dubio nota p̄rio ꝙ lippotomia ꝓp̄rie eſt defect⁹ animoſitatis: ꝛ cõiter intelligunt medici eſſe eam cuꝫ per aliquã cauſam deficit ab audendo tẽtare opera cõ ſueta in roboꝛe p̄prio: licet loquatur vt audiat ꝛ vi/deat ꝛ cognoſcat: ꝛ hec differt a ſincopi. Sincopis au tem a Gal.duodecio terapẽ.deſcribiṫ ꝙ eſt caſus vir/tutis ſubito: ꝛ intelligit de virtute vitali.nã in epilep/ſia eſt caſus ſubitus aĩalis virtutis: quã nõ dicit ſinco pim. Sed apud Aui.xi.tertij.c.ꝓp̄io deſcribiṫ ſinco pis ꝙ eſt deſtructio maioꝛis partis pluriũ virtutis ſen ſibilis ꝛ motiue pp debilitatẽ coꝛdis ꝛ aggregationeꝫ totalẽ ſpiritus ad ipſum. Et ponit tres cãs aggrega/tionis huius. Prima eſt cã mouẽs ipſum ad interio ra. Scḋa eſt p̄eſocãs ipſuꝫ interius: ita ꝙ nõ inuenit ſpiraculũ. Tertia eſt debilitas ꝛ ſubtilitas ſpũs: q̇re ñ ſupfluit vltra illũ q reperiṫ in minera. Et cõſtat ꝙ apḋ Aui.ſincopis eſt accidẽs cuius cã ẽ defectus virtutis coꝛdis cũ ꝯditione dicta. Sꝫ apud Gal.ſincopis ẽ ille defectus virtutis ad quẽ ſequiṫ dictũ accidẽs. ¶Se/cũdo no.ꝙ ſincopis quedã ẽ recupabilis: ꝛ quedã ir/recuperabilis: ĩmo moꝛtalis. Et ego declaraui cãꝫ hu ius prima particula apho.illo apho.Que egeruntur. ¶Tertio no.ꝙ ꝫ Hy.quedã ẽ ſincopis vera ĩ q̃ nõ ſolũ eſt debilitas ĩ mẽbꝛis ignobilib⁹: ĩmo ẽt ĩ p̄cipa libus incipit cõicari. Quedã ãt ẽ nõ vera ꝛ eſt qñ cõi catur debilitas multa aĩaliũ operationũ mẽbris igno/bilib⁹: ſꝫ p̄cipalibus foꝛtib⁹ remanẽtibus. ¶Quar to ẽ memoꝛãdũ ex ſepe dictis quãdã eẽ opationẽ re/gularẽ: quãdã coactã. ¶Tũc ſit p̄ria ꝯc̃lo.nunꝗ̃ eſt euacuãdũ vſq̃ ad ſincopiꝫ irrecupabilẽ.hãc nõ ꝓbo. ¶Scḋa ꝯc̃lo: medicus dꝫ eũare qñq̃ vſq̃ ad lippo tomiã ſiue ſincopim nõ verã recuperabilẽ. Iſta pꝫ.q: qñq̃ eũatões alie nõ ducẽtes vſq̃ ad hãc ſincopiꝫ nõ ſufficiũt moꝛtale piculũ euitare: ꝛ iſte ſufficiũt. Nõ cõ ſtat: ꝙ qñ alr̄ nõ põt maius dãnũ euitare: niſi aliquid aliud ſubeũdo qḋ ſit minus: ꝙ illḋ minus ẽ ſubeũdũ. Et pꝫ antecedẽs ex Gal.ꝛ alijs ꝛ Hip.ꝛ Aui.q exp/ti ſunt in caſibus q̇buſdã iſtas eũationes cũ ſincopi cõ tuliſſe: vbi alie ſine ſincopi nõ ꝓtulerũt. Unde Gal.lo co allegato dicit ꝙ in foꝛtiſſimo doloꝛe ꝛ ĩ acutiſſimo ãpate ꝛ ĩ febꝛe ardẽtiſſima nulla melioꝛ ĩuenit medici na ꝗ̃ eũatio vſq̃ ad ſincopiꝫ: vt ſupra dictũ eſt. Qñ in foꝛtiſſimo doloꝛe eũones: q̇ hoc nõ fecerint nõ ſuffice rẽt ꝓhibere curſuꝫ ad locũ doloꝛis ꝛ pariter nõ ſuffice rẽt ꝓhibere augmẽtũ acutiſſimi ãpatis aut ardoꝛe fe/brilẽ pmutante humoꝛẽ coꝛpis in malã putredinẽ ni ſi eũatio vſq̃ ad ſincopim: q: facit coꝛ vehemẽtiſſime attrahere: ꝛ ſtupefacit ſenſitiuã virtutẽ ꝛ frigidat totũ coꝛpus. Iſtis tribus caſib⁹ fere cito opitulaṫ. Accidit h̔ qñ eſt vera lippotomia abſq̃ plurimo defectu p̄in cipaliũ: ꝛ ſi accidens illud ſit terribile p̄ſertim vulgo medico tñ erudito nõ ita: q: ſcit cũ pauco adiutoꝛio ꝛ in pauco tp̄e accidẽs remouẽdũ. Ego autẽ puto ꝙ ex ꝓbatõe huius ꝯc̃lonis ſequiṫ ꝙ aliqñ medicus dꝫ du cere vſq̃ ad verã ſincopiꝫ ſꝫ repabilẽ. Et ꝓbaṫ ſic iſta. p̄ſertim qñ ſciṫ ꝙ aliter oĩno infirmus periclitaṫ ꝛ mo riṫ. Hec enim remedia nõ ſunt adminiſtrãda ĩ leuib⁹ moꝛbis ſꝫ in piculoſis. Et ad verã ſincopim in qua eſt ſpes recupatiõis dicemus pp vitare piculũ certe moꝛ tis.ꝛ hec eſt ſñia Gal.x.terapẽ.c.x.in alio tñ ꝓpoſito cũ dicit. Ergo quãto melius cũ ſpe benigna efficiẽtes ꝗ̃ periclitari.i.incurrere piculũ: ꝗ̃ ſine ſpe perire cer tiſſime: tãto potius ꝛ cũ magnis auxilijs agonizari ꝗ̃ nihil egerere. Et pp hoc puto Hy.hic nõ bñ dixiſſe cũ voluit ꝙ nullo mõ ad verã ſincopiꝫ ducẽdus eger niſi foꝛte p verã intellexerit irrecuperabilẽ: qḋ nõ ap paret ex ſuis verbis. Et ex hoc vr̄ mihi facile ſoluere dubiũ qḋ ſolet moueri circa precedentẽ cañ.ſ.vtrũ ſit vltimate eũandũ reſpectu ꝗ̃titatis humoꝛũ. Nam ex quo qñq̃ eſt eũandũ vſq̃ ad ſincopim in q̃ virt⁹mul tũ debilitaṫ: vr̄ ꝙ ẽt multotiẽs virtus ad hoc ducẽda eſt vt terreaṫ eũando totũ: qñ.ſ.in nõ euacuãdo totuꝫ eſſet periculũ. Sed vt plurimũ infra ſubſiſtere eſt me li⁹ ꝗ̃ terreſacere virtutẽ: q: raro eſt nec̃itas hui⁹ feſtina tiõis.ꝛ h̔ vult Auic.ſ. ¶Tertia ꝯc̃lo: nunꝗ̃ talis eũa/tio vſq̃ ad lippotomiã ẽ reglaris.pꝫ.q: ẽ cũ notabili

UVA. BHSC. IyR_044_1

nocumēto. ¶ Quarta ꝯcl'o: nō ſolū p flōmiā licꝫ vſqꝫ ad ſincopiꝫ eūare: ſed ēt p pharmacū. hoc pꝫ ex Gal. in fine cōmēti illius apho. Que egerunt nō multitudinē ꝯſiderare opꝫ. Nā qn̄ talis mā nō ē ſanguis neqꝫ ſanguini ita mixta ꝙ p flobothomiā educat: eūanda eſt p pharmacū. Et hoc eſt qd̓ dicit Gal. in. 10. terap. ad fugiēdū certā mortē. ¶ Quita ꝯ: ſecuriꝰ eſt cū flobothomia eūare vſqꝫ ad ſincopi q̄ꝫ cū pharmaco. Iſta pꝫ p duas cās. pria eſt qꝛ illi q forti indigēt eūone cū pharmaco ſunt neceſſario grauati: ⁊ in eis eſt repletio quo ad virtutē: ⁊ humor peccās cōiter eſt malignior. ſcd̓a eſt cā: qꝛ flobothomiā poſſumꝰ ad libitū reſtringere ſtatiꝫ incipiēte ſincopi: ſꝫ pharmacie opus nō ē ita. ¶ Nota tn̄ ꝙ ex his duabꝰ cauſis nō ſeqtur qn eūatio qn̄qꝫ ſit faciēda cū pharmaco vſqꝫ ad ſincopiꝫ. Et vult Hy. ꝙ in ſinoca cū putredine ē virtus onerata ⁊ ē repletio quo ad virtutū: ⁊ tn̄ ſit flobothomia vſqꝫ ad ſincopiꝫ. ⁊ hoc habet. 9. terapē. Sꝫ ſcd̓a cā nō plus ꝓbat niſi ꝙ cū flōmia ſecuriꝰ ſit eūatio vſqꝫ ad ſincopim q̄ꝫ p pharmacū. ⁊ hoc ꝯcedit. Qd̓ ſi dicat qd voluit Au. cū dixit in iſto cañ. Cunqꝫ humor illiꝰ fuerit generis cuiꝰ eē opꝫ: niſi ꝙ hec eūatio vſqꝫ ad lippothomiā nō eſt faciēda: niſi qn̄ humor ē determinati generis. ſ. ſanguis: ⁊ ſic īnuit ꝙ ſolū eſt flōmia q̄ dꝫ fieri vſqꝫ ad ſincopiꝫ. Hic pōt dici ꝙ nō eſt mēs Aui. ꝙ ſolū ſanguis ſit illius generis cuius eē opꝫ ad faciēdū eūonē vſqꝫ ad lippothomiaꝫ. Sed humor in quo opꝫ hoc facere opꝫ ꝙ ſit facilis ad currēdū aut multe inflāmatiōis aut venenoſitatis: aliter. n. ſi nō eſſet tātū periculū in mora quin poſſet euacuari in pluribus vicibꝰ melius q̄ꝫ nō ducēdo vſqꝫ ad ſincopiꝫ: opꝫ ſcd̓o talē humorē nō eſſe ita malignū ꝙ nullo mō ſperet de euaſione. nam tunc iſta remedia nō ſunt faciēda: qꝛ cū certiſſime ſunt morituri: ibi nō ſunt experimētāda remedia bona ne poſtea vituperent cū non operātur intētū. ⁊ hoc dicit Gal. 9. terapē. Ex his pꝫ argumētorū ſolutio cū dicitur ꝙ medicus dꝫ imitari naturā naturaliter operāteꝫ ⁊ non ſinthomatice. Dicit eni ꝙ natura ēt qn̄qꝫ ꝓpter melius euacuat vſqꝫ ad ſincopim ⁊ liberat infirmuꝫ: ⁊ ita facit quandoqꝫ medicus: ſed ſicut natura nō facit illud niſi qn̄ ex toto dominat: ita nec medicꝰ qn̄ pōt regulariter operari. Alij ſunt modi rn̄dēdi: aut ſolutiones: quas pro nunc dimitto: igitur ⁊c̄.

Eſſet dd̓m ſm mentē Ga. in h dubio. xi. terapentice. c. ij. ꝙ ſi medico parato cōſtaret materiā peccantē eſſe penitus irreducibilē ad benignū: ⁊ cuꝫ h eſſe digeſtaꝫ ⁊ ſepatā a bonis humoribꝰ ⁊ ipſam in venis ꝯtineri ipſa tunc tota eſſet exquiſitiſſime euacuāda. Sꝫ ſi mā peccās ſm aliquid ſui ſit reducibilis ad benignū nō ē exqſitiſſime eūanda: vt ēt Gal. e. lib. c. eo. Dicēduꝫ eſt tn̄ ꝙ i qbuſdā ſꝫ paucis caſibus a medico ꝓuido fieri poſſunt eūationes exqſite ꝓducētes vſqꝫ ad ſincopim reparabilē excluſiue virtute exñte forti ⁊c. loquēdo tn̄ de eūone que ſit cum flobothomia ⁊ nō cū pharmacia. Primus āt auctorizans in hac materia fuit Hip. in pria ꝑticula apho. apho. illo. que egeruntur ⁊c. Et Gale. in cōmēto illiꝰ aph. docet in qbus caſibus cōpetat talis eūo. Et ēt nono terapenti. meminit aliqualiter de hoc cap. iij. Auer. tamen. vij. colliget. c. ix. adducit ad hoc opinionē Gale. ⁊ eam reprobat q̄ttuor rōnibus quas vide ſi placet.

¶ Cūqꝫ alicuius virtus fortis fuerit/ ⁊ ipſorum humorum materia multa ⁊ mala: ipſam paulatim euacua.

¶ Ponit Aui. hic q̄ntū cañ. dicēs. Cū alicuiꝰ virtus fuerit fortis ⁊ humor ipſius mā multa ⁊ mala dꝫ paulatiꝫ euacuari. ¶ Et nota ꝙ dixit cū virtus fuerit fortis: vult p hoc nō ꝙ qn̄ virtus fuerit debilis ſit multū in vna vice eūandū. Sed pro hoc dat intelligi qd faciēdū ſit v̓tute debili: qꝛ aut nō eſt eūandū: aut multo minus ꝓ vice q̄ꝫ in forti virtute. ¶ Nota ſcd̓o: ꝙ cum mā multa ⁊ mala nō pōt eſſe virtꝰ abſolute fortis: ſed dicit hic fortis reſpectu mediocris eūonis tolerande. ¶ Tertio nota ꝙ licet virtus ſit fortis: tn̄ qn̄ mā eſt mala ⁊ multa ipſa nō pōt in vice vna eūari qn duo ſequant nocumēta. vnū ꝙ virtus nimiū debilitat: ſcd̓m ꝙ nimiū d̓ bono eūat. Primū iō accidit: qꝛ virtus nō eſt abſolute fortis: nā in multa eūone multum deficeret. Scd̓m accidit iō: qꝛ materia multa ⁊ mala de neceſſitate multuꝫ reſiſtit ⁊ medicina faciens violentiam ad multum de ea eūandum trahit etiam de bono.

¶ Et ſilr̄ cū materia vehementer fuerit penetratiua aut cū ſanguine multū mixta nō poteris ipſam vna vice euacuare ſicut eſt in ſciatica ⁊ arterica longi temporis ⁊ cancro ⁊ ſcabie antiqua ⁊ carbūculis veteribus.

¶ Ponit ſextum cañ. dicens: ꝙ ſilr̄ qn̄ materia fuerit multa penetratiua: aut multū mixta ſanguini dꝫ paulatim eūari: nec poterit in vna vice debite eūari: ſicut ē in ſciatica ⁊ artetica longi tēporis: ⁊ in cancro ⁊ ſcabie antiqua ⁊ carbūculis veteribus. ¶ Ubi primo nota ꝙ materia intelligit multū penetratiua: qꝛ multū infixa in mēbris ⁊ fortiter adherēs: ſicut ea que multū penetrat: ⁊ talis bene eſt in artetica longi tpis ⁊ ſciatica longi tēporis: qꝛ materia eſt in mēbris patiētibus multū fixa. ſ. in iuncturis ⁊ vicinis mēbris vt ligamētis. In ſcabie autem antiqua ⁊ mala: ⁊ dicit in littera: ⁊ carbūculis veteribus. ⁊ nō eſt intelligenduꝫ de carbūculis veris: ſed de carbūculis. i. furūculis veteribus. i. qui fuerunt multo tpe: mō in iſto tēpore: mō in alio: ſicut multotiēs accidit in vna nate hinc ad quindecim dies in vna coxa: ⁊ in carbūculis in cancro. Iterū materia eſt multum ſanguini mixta illa que eſt ſub forma cauſe antecedentis: ⁊ que eſt ſub forma cauſe coniuncte eſt membris fixa multum. ¶ Nota ſecundo ꝙ ideo non poteſt vna vice totū eūari: qꝛ plurimū reſiſtit propter ſui adherentiā. Sunt eniꝫ quidā humores q faciliter a mēbris ſeparant: ſicut lutū purū a pānis: quidā vero difficulter: ſicut humiditas coloris cuꝫ pāno vel lana ſiue ſerico q nō ſeparant niſi cū ſubſtātia pāni. de qbꝰ humoribꝰ loquit Gal. in cōmēto ſuper illa pte. alienatōes ideclarate palpabiles valde frenetice.

¶ Et debes ſcire ꝙ ventris ſolutio a ſuperioribus trahit: ⁊ ab īferioribus eradicat. Quabus ergo attractionibus eſt apta conueniēti ⁊ diuerſe: que etiam poſt materierū quietem eſt cōueniēs. ¶ Cū ergo materie fuerint a ſuperioribus ad diuerſuꝫ trahet eas: ⁊ ipſas ēt eradicabit a locis vbi ſunt: vomitu vero ſit attractio ⁊ eradicatio ecōuerſo.

¶ Hic poſſit cañ. incidētalr̄. Et diuidit in q̄ttuor ſicut quattuor ſunt cañ. Primus de ſolutōe ⁊ vomitu. Secūdus de flōmia. Tertiꝰ de corporibus nō eūandis. Quartus de locis vbi minus eſt faciēda eūatio. ibi ſecūda. (Minutiōis.) ibi tertia. (Minus itaqꝫ.) ibi q̄rta. (In regiōibus). ¶ De prīo dicit: ꝙ tu debes ſcire ꝙ vētris ſolutio trahit a ſupioribꝰ ⁊ eradicat ab īferioribꝰ: ⁊ ideo eſt apta duabꝰ attractionibꝰ. ſ. cōuenienti ⁊ diuerſe: ⁊ eſt ēt cōueniens eūatio poſt humorū quietē. Ex quo ſequit ꝙ ſi humores fuerint in ſupioribus eſt apta eos attrahere: ⁊ ſi fuerint in inferioribus eos eradicabit a locis vbi ſunt: ſed in vomitu ſit attractio ⁊ eradicatio ecōuerſo. ¶ Ubi prīo nota ꝙ eradicatio ⁊ attractio qn̄qꝫ ſumunt large ſm ſuā cōem acceptionē ⁊ vim vocabuli: ita ꝙ dicatur attractio omnis motus factus a motore qui reꝫ mouet ad ſe. Eradicatio dicat eūatio per quā radicitus ⁊ integre euacuat materia a loco ſuo in quo erat tanq̄ꝫ in radice. ¶ Secūdo modo ſumunt iſti termini ſtricte vt dicat attractio omnis motus humoris qui ad aliū locū trahitur notabiliter diſtantē añ ſui attractionē: ⁊ hoc modo non dicit attractio niſi de illo motu quo mouet humor a lōginquo: ille. n. humor trahit prīo ad locū poſtea eūatur: eradicatio auteꝫ ſtricte de eūone que nō ſit p attractionē a longinquo. ⁊ hoc nō intelligit Auic. hic ꝙ vētris ſolutio eradicabit ab inferioribus ⁊ trahet a ſuperioribus. nā loquēdo cōiter ab vtroqꝫ loco pōt eradicare ⁊ ab vtroqꝫ trahetur: ⁊ vomitu ſit econtrario.

¶ Minutōis ꝑterea diſpō diuerſificatur ſm loca quibus ſanguis accipitur ſicut ſciuiſti.

¶ Ponit ſecundū cano. dicens ꝙ diſpoſitio minutionis diuerſificatur ſupple in attrahendo ⁊ eradicando ſm diuerſitatem locoruꝫ a quibus ſanguis excipitur. ⁊ hoc eſt clarum.

Nota ꝙ vbi
tus eēt debil
i aliquo corp
re ⁊ humore
mali eēnt mu
ti tūc tale co
pus non eſſe
eūanduꝫ ſꝫ n
triendū boni
cibis vt virtus
p eos corrobo
rata de ſe vale
at expellere hu
mores peccan
tes vel ſuffer
re medicinam
aliquam q̄ pur
garet. ⁊ hoc vi
de mente Aui
tertia ſm̄i. do
ctrina ſcd̓a. c
illo. Qd̓ come
dit ⁊ bibit ⁊c

¶ Minus

UVA. BHSC. IyR_044_1

Hoc ēt Hip. in ſcḋa particula aph. aph. illo: ſana habentia corpora ⁊c. Et Ga. ēt in cōmēto illius cū dicit. Ex his verbis ⁊c.

¶ Minus itaqꝫ cunctis hominibus euacuatione dignus eſt ille cuius cibus bonus fuerit ⁊ digeſtio bona.

¶ Canon tertiꝰ eſt clarus: q: in iſtis non multiplicanť mali hūores: ⁊ ꝑ h̄ potes ītelligere de alijs diſpōnibꝰ ꝑ q̄s corpꝰ caret malis hūoribꝰ ⁊ ītelligať bonus cibꝰ in quāto ⁊ quali ⁊ modo adminiſtrationis.

¶ In regionibus quoqꝫ calidis morantes euacuatione parum indigent.

¶ Ponit vltimū cañ. ⁊ cā eſt: q: virtꝰ in illis eſt debilis ⁊ humores reſoluūtur faciliter.

¶ De regulis cōibꝰ ſolˀoni vētris ⁊ vomitui: ⁊ q̄lr trahat id qḋ vētrē ſoluit ⁊ vomere facit. Cap. iiij.

Oportet vt illius cibus cuiuſ ſoluēdus eſt vēter aut vomitus ꝓuocādus partiať vt qḋ ei in vna die ſufficiebat multis comedat vicibꝰ: ⁊ vt ſint cibi diuerſi ⁊ potꝰ ēt diuerſi. Ex hac nāqꝫ diſpōne accidit ſtomacho vt expellere deſideret qḋ eſt in eo ſuperius aut inferiꝰ. Ex cibo aūt nō diuerſo neqꝫ ſup aliū cibū ingrediēte ſtomachꝰ eſt auarus: ⁊ ipſuꝫ forti cōtinet retētione: ⁊ proprie ſi fuerit eius quātitas parua. Mollem vero habens ventrē nihil ex hoc facere debet.

¶ Aui. in p̄cedēti .c. poſuit regulas gn̄ales in rectificādo vl̄r oēm modū artificialē eūonis ſiue cū flōmia: ſiue cū aliquo alio. hic exequiť magis ſpāl̄r docēdo regulas obſeruādas in eūonibus. Et diuidiť ps iſta in ꝑtes duas. p̄rio facit hoc quo ad eūones ꝑ vias ordīatas a nā ſicut ſtomachꝰ ītestina ⁊ pori. ſcḋo quo ad euacuationes ꝑ vias factas ꝑ artē ſicut in flōmia ⁊ ſanguiſugis ⁊ vētoſis. ſcḋa ibi (Flōmia.) Prima in duas. p̄ docet regulas eūonis per vias latas ⁊ ꝑ medicinas intus aſſumptas. ſcḋo ꝑ vias ſtrictas ⁊ medicinas extra applicatas. ſcḋa ibi (Epithimata.) Pria in duas. Primo docet regulas ꝑ ea que ſumunť ꝑ os. ſcḋo ꝑ ea q̄ applicanť ꝑ inferius. ſcḋa ibi (Enema.) Pria ī duas. primo ponit regulas cōes ſolˀoni ventris ⁊ vomitui. ſcḋo ſpāl̄r ponit in vtroqꝫ iſtoꝝ modoꝝ eūonis. ſcḋa eſt in principio ſequētis capl̄i. Preſens capl̄m diuiditur in duas ꝑtes. p̄rio ponit regulas dictas. ſcḋo docet modū per quē medicina vomitiua aut vētris ſolutiua eūat. ſcḋa ibi: ꝓpe finē capl̄i (Scito ēt.) Pria ps diuidiť in tot partes quot ſunt canones: ⁊ ꝑtes patebunt in legēdo. ¶ Primꝰ cañ. eſt de regimine cibi eiꝰ qui dꝫ ſumere medicinā. Dicit ḡ Aui. ꝙ opꝫ vt illiꝰ cuius vēter ſoluēdus eſt aut vomitꝰ ꝓuocādus cibus diuidať: ita ꝙ illud qḋ ipſe ſolebat ſumere in vice vna: ſumat in pluribꝰ vicibꝰ: ⁊ ſint cibi ſui diuerſi ⁊ potꝰ diuerſi. Et cā eſt q: ex hoc mō fit ꝙ ſtomachꝰ deſiderat expellere id qḋ eſt in eo aut ſuperiꝰ aut inferiꝰ. Sꝫ ex cibo nō diuerſo ⁊ nō ingrediente ſup aliū cibū imo ingrediēte ſtomachū vacuū: ſtomachus eſt auarus ⁊ retinet ip̄m forti retētione ⁊ p̄cipue qñ eſt paucus. Sed illum cuius vēter eſt mollis nihil ex hoc opꝫ facere.

¶ Circa cañ. no. ꝙ corporū quedā ſunt quoꝝ ſtomachus ⁊ ītestina facil̄r obediūt pharmaco: ⁊ iſti dicunť habere ventrē mollem: ⁊ in iſtis nō indigemꝰ preparatione reddēte iſta mēbra parata ad expellendum. Et iō Aui. dixit in fine cañ. ꝙ qui hꝫ ventrē mollem nihil ex dictis in iſto cañ. facere dꝫ. Quidā aūt habēt ſtomachū ⁊ ītestina inobediētia eūoni ⁊ dure digōnis ⁊ fortiter ēt retinentia. In iſtis ergo anteq̄ʒ deť pharmacum ſolutiuū aut vomitiuū opꝫ ſtomachū ⁊ inteſtina parare vt faciliter expellant. nam aliter longo tēpore retēto pharmaco aut humoribꝰ qui attrahunť ꝑ ipſum ad ſtomachū ⁊ inteſtina nocumentū ſequereť magnū. Et ideo faciendū eſt ꝙ ſtomachus ⁊ inteſtina inclinenť ad expellendū id qḋ in eis ꝯtineť. ¶ Nota ſecūdo ꝙ regimē faciēdi ꝙ h̄ mō inclineť ē qñqꝫ ꝑ medicinas: qñqꝫ cū cibo ⁊ potu: ſꝫ Aui. hic tm̄ poſuit illud qḋ fit per cibos ⁊ potꝰ. ¶ Nota tertio ꝙ qñ cibi ſumūtur diuerſi ⁊ in pluribꝰ vicibꝰ accidit ꝙ cibus poniť ſuper aliū nō digeſtū: ⁊ ꝓꝑ ciboꝝ diuerſitatē accidit ſtomacho diuerſitas trāſmutationū: ꝓꝑ quas nō pōt cibū ſuo mō amplecti: ⁊ ad hoc ſequiť inclinatio ad expellendū aut ſuperiꝰ aut inferiꝰ: ſꝫ qñ cibus eſt paucꝰ aut ex ordine debito ſumptꝰ ⁊ nō diuerſus ſtomachꝰ voluptuať in eo ⁊ vno modo amplexať ipſum: ⁊ ideo difficulter ip̄m derelinquit: ⁊ hoc eſt ipſuꝫ eſſe auaruꝫ eius q: auidū: ⁊ ideo nō eūat medicina niſi q: difficulter: ⁊ ꝓꝑ hoc ad euitādū nocumēta que poſſent cōtingere ex remanētia pharmaci ⁊ humoruꝫ in ſtomacho opꝫ hec corpora regi regimine dicto. ¶ Nota quarto ꝙ ex hoc regimine dicto ſi diu aut multis diebꝰ ſeruaretur: ſequerenť magna nocumēta. Nā p̄rio cibi non digerunť. ſcḋo multiplicareť humor malus ꝑ indigeſtionē. tertio ab his humoribꝰ cū vtplurimū ſint viſcoſi vie oppilarenť. quarto humores alij quos intēdimꝰ eūare ingroſſarenť ⁊ incrudarenť. quīto eūo fieret difficilior. Et ex hoc pꝫ ꝙ ante eūonē hoc regimine non vtendū eſt multo tp̄e: imo vno die imediato euacuationi. Ante v̄o illū diē ſumēdi ſunt cibi nō multe quātitatis nec male qualitatis ⁊ debito ordine ⁊ ſubtiliatiui ⁊ abſterſiui vtplurimū: ⁊ hoc facit humorē digeſtū ⁊ canales aptos: qḋ medicus multū deſiderat in euacuatiōe: qñ ante per vnū diē tm̄ vtimur hoc regimine: q: cibi ⁊ res male ex illis gn̄ate non vadunt cum parte notabili extra ſtomachū ⁊ inteſtina: ⁊ ſequenti die eūanť: ⁊ illoꝝ nocumentū nō eſt notabile nec impediunt vias ſtrictas ad quas nō vadūt ⁊ fit iuuamentum relaxādi ſtomachū iō ſequiť in corporibus dictiſ iuuamentū ſine notabili nocumento ad modū loquēdi medicoꝝ: ⁊ eſt faciendū. Et tu ex hoc ſolue dubiuꝫ hic moueri ſolitū de virtute cañ.

¶ Et ſcias ꝙ vomitus ⁊ ventris ſolutio ⁊ q̄ eis aſſimilanť nō attinēt ei qui bono vtiť regimine: qm̄ ille qui bene regiť nō indiget niſi eo qḋ ſit iſtis leuiꝰ: ⁊ fortaſſe excuſabūt ea exercitium ⁊ fricatio ⁊ balneū. Amplius ſi eius corpus repletū fuerit plurimū talis repletionis qualis ē ipſiꝰ erit ex eo qui humoꝝ melior ē. ſ. ex ſanguine. Minutio igiť ē illud qḋ ad ipſuꝫ mūdificādū erit neceſſariū ⁊ nō ventris ſolˀo.

¶ Hic eſt cañ. ſcḋs ⁊ eſt de corporibꝰ ineptis ad vomitum ⁊ ſolutionē vētris: dicēs ꝙ vomitꝰ ⁊ ſolutio ventris ⁊ alia q̄ iſtis aſſimilanť nō ſunt cōuenientes illi q̄ bono regimine vtiť. ⁊ rō eſt: q: ille q̄ bene regiť non indiget niſi leuioribꝰ ad ſupfluitates expurgādas: ſicut exercitio ⁊ fricationibꝰ ⁊ balneo. Item ēt ſi pur iſti corpori accidat repletio eūanda: tūc repletio nō eſt niſi ex humore laudabili q̄ eſt ſanguis: mō ad eūonē talis repletionis: ita ꝙ corpus mūdificeť ſufficit flōmia: ⁊ nō requiriť ventris ſolutio. ¶ Nota igiť p̄rio ꝙ corpus vti bono regimine includit duo. primo ꝙ illud regimē ſit bonū abſolute. ſcḋo ꝙ ſit bonū illi q̄ eo vtiť. Ex eo ſequiť ꝙ ille qui vtitur abſolute bono regimine debꝫ eſſe tēperatus. Nā regimen ſimpl̄r bonū nō eſt cōueniens niſi tꝑato: q: diſtēperata indigent regimine alio qḋ tꝑato nō eſſet ꝯueniēs. Et ex hoc ſequiť canonis verificatio. nā ſi corpus eſt tꝑatum ⁊ vtiť regimine tēperato: tūc ſeruať in ſuo tꝑamento: ⁊ ꝑ ꝯñs nō īdiget eūone niſi nālium ſupfluitatuꝫ que eūanť: aut naturali

Contra ſniam huius ſcḋi canonis eſt p̄rio ſnia Gal. quarto de vtilitate ꝑticulariuꝫ .c. 27. dicentis ꝙ bn̄ faciebāt illi medici antiq̄ q̄ ſanos a cibarijs vti vomitu ſingulo menſe ꝯſulebāt ⁊ plura alia. Eſt ſecūdo ſentētia Raſ. q̄rto Alman. dicentis. Vomitu vero ſemel in mēſe vel bis vtēduꝫ ē ⁊c. Poſſumꝰ dicere ꝙ Gal. ⁊ Raſis loquūtur de vomitu

ꝓuocatiuo le niter cum ciba rijs vel impoſitione digiti in ore vel pēne intincte in oleo Aui. vero loqꝛ h de vomitu q prouocatur cū pharmacia.

calore: aut ſi eſt alterius indigētia eſt exercitiū ꝛ fricatio ꝛ balneū ꝛ alia que ad regimē ipſum quaſi ptinere videnꝛ. Et hec ſunt habita tertia primi.

℃ Scḋo no. ꝙ ſi in regimine bono in quali quo ad cibos accidat error ī quāto: tūc fit repletio ſanguīs laudabilis in iſtis corporibꝰ: ꝛ p ꝯn̄s talis repletio dꝫ moueri cū eūone ſibi ꝓpria que eſt flōmia ꝛ iō Dy. putauit hanc ptem ſcḋam can. debere intelligi ꝙ ſi accidit error in regimine bono in quali: qꝛ abūdat in q̄ꝫto tūc cōuenit flōmia. Hec tn̄ expoſitio mihi nō placet. Nā Aui. in iſto can. appropriate loquiꝛ de corporibꝰ vtētibus bono regimine: ſed regimē peccās in quāto nō eſt regimē bonuꝫ: ideo nō loquiꝛ de his quoꝝ regimē peccat in quātitate. Cōfirmaꝛ. Ex augmēto in quanto cibo quātūcunqꝫ boni ſequiꝛ indigeſtio vel ſeq poteſt: ſed ad indigeſtionē ſequiꝛ augmētū flegmatis qḋ digne euacuaꝛ aut pharmaco: aut vomitu: ḡ ad augmentū cibi pōt ſeq neceſſitas alterꝰ eūonis a flōmia. Puto ergo Aui. loq ḋ regimine tpato ꝛ bono in q̄ꝫto ꝛ quali. Sed qꝛ regimē bonū ꝫ aliquos medicos nō eſt in puncto: īmo aliquod tale magis declinat ad latus groſſi: ꝛ aliquod magis ad latus ſubtilis. Et ſimiliter corpora tpata nō ſunt punctualr̄ vnius modi ꝫm medicos: ſed q̄daꝫ paꝝ ad extremitatē declinātia. Ex qbus cauſis accidit ꝙ magis repleꝛ vnuꝫ corpꝰ bene rectū q̄ꝫ reliquū. Accidit ēt ꝙ regimē dꝫ variari ī eſtate ꝛ vere ꝛ hyeme: qꝛ in hyeme cibi debēt eſſe ampliores ꝛ ſanguis amplior. Vult ḡ Aui. ꝙ ex his oībus varietatibꝰ regimine exn̄te infra latitudinē regimīs tpati nō inſurgit neceſſitas pharmacādi aut vomitū prouocandi: īmo plurimū ſufficit exercitiū: fricatio ꝛ balneū ꝛ qbuſdā fortius: ꝛ qbuſdā debilius. Qḋ ſi ex nā̄ ſua corpꝰ ſit aptū cadere in replōneꝫ infra iſtā latitudineꝫ p̄cipue pp hyemis diſpōnē: tunc illud qḋ multiplicaꝛ eſt ſanguis. Si eniꝫ tm̄ excederet q̄ꝫtitas aſſumptorū ꝙ alius humor plus multiplicareꝛ aut ſeorſuꝫ: tūc illud regimē nō eſſꝫ bonū: ſed ſtat ꝙ cū bono regimine in quāto ꝛ quali multiplicaꝛ ſupfluitas expellēda fricatione ꝛ balneo ꝛ exercitio. Stat ēt tm̄ ſanguinē multiplicari in hyeme vt in vere ſit poſtea repletio indigēs flobothomia. Et iō Aui. tertia p̄mi nō negauit ex toto vſum balnei in regēdo tpatuꝫ: nec vſuꝫ fricationū: nec exercitij: ſed vſuꝫ pharmaciaꝝ dixit purgare ꝛ inueterare: ꝛ ideo corpora exerceri debēt. Gal. vero ſecūdo regiminis ſanorū dixit ꝙ artis cōſeruatiue non eſt noſcere motꝰ qui a pharmacis ꝓueniūt. Et iō dixit ſcḋa particula apho. Sana habētes corpora pharmacis purgari exoluuntur: ſed flōmia nō negaꝛ: ꝛ h̄ puto verum: ꝛ hanc eſſe verā expoſitioneꝫ.

℃ Cuꝫ aūt minutio neceſſaria fuerit ꝛ vētris ſolꝰo ex aliquo qḋ ſit vt helleborꝰ ꝛ violēte medicine: a minutōe incipe debes qm̄ hoc eſt ex p̄ceptis Hip. in li. epidimiaꝝ ꝛ h̄ eſt veritas. ℃ Et ſilr̄ ſi hūores fuerint flegmatici cū ſanguine mixti. ℃ Or ſi viſcoſi ꝛ fridi fuerīt fortaſſe miutio groſſitudinē ꝛ viſcoſitatē eis augmētabit. Incipiēdū ḡ erit a ſolꝰone ventris ꝛ ad ſummū ſi hūores fuerint eq̄les p̄mitte minutōeꝫ: ꝛ ſi poſtea ſupabūdauerīt eūa. ℃ Or ſi eq̄les nō fuerint in primis ſupabūdātē eūa humorē donec equeꝛ: poſtea minue.

℃ Hic eſt tertius can. ꝛ eſt de cōpatiōe pharmacie in p̄parādo ad flōmiaꝫ. Et diuidiꝛ in tres ptes. Primo ponit can. ſiue regulaꝫ. ſcḋo oñdit qd faciēdum eſt qn̄ vnū iſtoꝝ eſt p̄miſſuꝫ ꝛ remanet alterius indigentia. tertio docet cognoſcere qn̄ eſt erratū in p̄ponendo qḋ poſtponēdū erat. ſcḋa ibi. (Et ei qui). tertia ibi. (Preterea multotiēs). ℃ In pria pte Aui. ponit qnqꝫ ptes ex quibus cōpleꝛ regula. ℃ Primo dicit ꝙ qn̄ in vno eſt neceſſariū flobothomia ꝛ vētris ſolꝰo ſiue vomitus cū aliqua violētia vel violēti medicina ſicut helleborus tu debes incipe a flobothomia: qm̄ eſt ex p̄ceptꝭ Hippo. in libro epidimiaꝝ: ꝛ eſt v̄itas. ℃ Scḋo dicit ꝙ ſilr̄ dꝫ p̄mitti flōmia ſi hūores ſunt flegmatici permixti cū ſanguine. ℃ Tertio dicit ꝙ ſi humores fuerint viſcoſi fortaſſe minutio īpedit qꝛ augmētabit eoꝝ viſcoſitatē ꝛ groſſitiē: ꝛ iō in h̄ incipiēdū erit a ſolꝰone ventris. ℃ Quarto dicit in ſumma ꝙ ſi hūores peccātes ſunt equales p̄mittēda eſt minutio: ꝛ poſtea ſi aliqd ſupabūdauit euacua ipſuꝫ. ℃ Quinto dicit ꝙ ſi humores nō ſunt eq̄les eūa dn̄antes donec equenꝛ poſtea minue. ℃ Circa partē ergo no. ꝙ corpa indigentia flōmia ꝛ pharmacia dicunꝛ talia: qꝛ tūc debite vtraqꝫ iſtaꝝ adminiſtrāda ſit: ſꝫ qꝛ in corpe ſunt diſpōnes actu vel ꝓpinqua potētia pp q̄s vt ꝓhibeanꝛ vl̄ remouenꝛ iſte due ſunt faciēde. ℃ No. ſcḋo ꝙ in vidēdo qn̄ dꝫ premitti flōmia anteq̄ꝫ pharmacū: opꝫ examinare nocumēta que ſequunꝛ ex p̄miſſione ꝛ videre q̄ ponderant. Et qꝛ in ſolꝰone qōnis hic moueri ſolite manifeſtabūtur: ideo pro dubio queriꝛ ꝛc̄.

## Queſtio. I.

Vtruꝫ exiſtēte neceſſitate flobothomie ꝛ pharmacie ſit ſemper p̄ponēda flobothomia. ℃ Ad ptem affirmatiuā arguitur prīo ſic. Eūo vl̄is eſt p̄ponēda pticulari: ſꝫ flobothomia eſt eūo vl̄is: ḡ ꝛc̄. Minor pꝫ ex diſſinitōe flobothomie. maior eſt Meſue in ca. de cura ſode abſolute cū dicit: in oī qdem pticulare vl̄i poſtponi debere. ☞ Cōfirmaꝛ ideꝫ ex Aui. pria tertij. ca. illo cum mām. Nam ibi dixit ꝙ ſi aliqn̄ humores ſunt ſanguini mixti: tunc dꝫ p̄mitti flōmia ꝛ dat cāꝫ: qm̄ flōmia eſt cōis humoꝝ eūo. ℃ Scḋo ſic in cura egritudinū incipiendum eſt a faciliori remedio ꝛ tutiori: ſed flōmia eſt facilius ꝛ tutius remediū q̄ꝫ pharmacia: ḡ ab ipſa eſt incipiendū. Maior patuit ſupra cap. prīo minor patet ex Gal. 2. regi. acutoꝝ ſup illo paſſu ſic dicente. Porro ſi paſſio ſup diaphragmate ꝛc̄. ℃ Tertio ſic illaruꝫ eūonum ea dꝫ premitti q̄ plura facit iuuamēta: hec aūt eſt flōmia: igitur ꝛc̄. minor pꝫ: qꝛ medicus nō dꝫ differre auxiliū: vt dr̄ a Meſ. in ſuo de appropriatis. Minor pꝫ qꝛ cōuenit peccato in quāto ꝛ peccato in quali: ſed pharmacia ſoluꝫ peccato in quali. ☞ In oppoſitum ꝙ nō ſemp ſit p̄mittēda flobothomia eſt Aui. p in pluribus caſibus pharmacū premittit.

Hoc idem dubiuꝫ mouetur ēt a Gentili in loco ſimili.

℃ Pro ſolutiōe dubij no. prīo ꝙ ventris ſolꝰo cuius neceſſitas ꝯiungiꝛ neceſſitati flōmie qn̄qꝫ eſt fiēda cuꝫ pharmaco forti eūante exſoluēdo: ſic qn̄ hūores multi ſixi aut multū diſtātes ſunt eūandi: qn̄qꝫ aūt ē ſolūmō cū medicina leni opante leniendo aut lubricando aut labificādo: ſicut verbi grā: cū eſt neceſſitas eūandi mās in vijs ductuū exn̄tes cū pulpa caſſie: aut ſyrupo violato: aut clyſteri lenitiuo ꝛ ſilꝰibus. ☞ Scḋa diſtinctio: neceſſitas humoꝝ eūandoꝝ p pharmacuꝫ in caſu neceſſitatis flōmie ꝛ pharmacie: qn̄qꝫ eſt humoꝝ mixtoꝝ cū ſanguine intra venas: ꝛ qn̄qꝫ ex̄ venas exiſtentiū. ☞ Tertia diſtinctio hūores peccātes intra venas cū ſanguīe qn̄qꝫ ſunt valde vicini nature ſanguīs ꝛ ſanguini mixti multū: ꝛ qn̄qꝫ multū a ſanguīs nāre cedentes. ☞ Quarta diſtinctio humorum eūo in hoīe eūando indigente flōmia: ſicut pharmaco: aut eſt grā minorādi: aut grā eradicādi: aut grā diuertēdi ab aliq̊ mēbro. Exempla ſatis patēt in dictis ſupra. ☞ Quinta diſtinctio humores mixti cū ſanguine aut ſunt eq̄lr̄ augmētati. i. eque ꝓportionabilr̄: aut inequalr̄: hec pꝫ ex mō loquēdi Aui. ℃ Prima ſuppoſitio: flōmia lꝫ ſit cōis humoꝝ eūatio in venis exiſtentiū: tn̄ plurimum qḋ p ipſaꝫ eūatur eſt ſanguis qui eſt ſicut frenū extremoꝝ humoꝝ. ſ. colere ꝛ flegmatis. Prima ps pꝫ per expientiā

UVA. BHSC. IyR_044_1

experientiã ⁊ per diffinitionẽ flõmie ⁊ ꝑ Aui.⁊ Gale. in capitulis ⁊ locis de flõmia. Et ſcḋa pars pȝ: qꝛ aliter ex flõmia nõ timeremꝰ ebullitionẽ colericoꝝ aut incrudatõeȝ flegmaticoꝝ: vt infra dicet̃ i.c.ḋ flõmia. ℂ Scḋa ſuppoſitio: lȝ tam a flõmia q̃ȝ pharmacia fiãt humoꝝ agitatões: tñ magis agitant̃ humores ⁊ ſpiritus a pharmaco forti q̃ȝ a flõmia forti. Prima ps pȝ: qꝛ.xxij.tertij.dicit̃ ꝙ flõmia facit arceſcere humores. Scḋa ps pȝ: qꝛ opȝ cũ violentia trahi humorẽ qui in ſuis qualitatibꝰ alterat̃: ⁊ humores ad ſtõm attrahuntur multotiẽs cã fortis agitatõis. ℂ Tertia ſuppõ humores nõ multũ groſſi nec viſcoſi in venis exñtes citius ⁊ facilius eũant̃ ꝑ flõmiam q̃ȝ ꝑ pharmacũ: pȝ qꝛ ꝑ breuiorẽ ⁊ latiorẽ viaȝ. ℂ Quarta ſuppõ nunq̃ȝ eſt ꝑmittenda flõmia pharmacie aut eõ a medico: niſi qꝛ melius eſt ita facere: hoc non ꝓbat̃: qꝛ nõ ſolũ ars: ſed nã ipſa ſemꝑ agit ꝑꝑ melius. ℂ His habitis ſit prima ꝯcl̃o: ſtante neceſſitate pharmaci ſoluȝ leniẽtis flõmie eſt premittẽda pharmacia. Hec ꝯcl̃o ꝓbat̃: qꝛ incipiẽdum eſt a leuiori adiutorio ⁊ lenitiuũ pharmacum eſt hmõi: igit̃ ⁊c̃. Scḋo pȝ qꝛ per tale pharmacũ eũantur materie cões in vijs ductuũ exñtes quaꝝ magna ps traheret̃ ad venas ipſis inanitis: vt ergo h̃ nocumẽtũ vitet̃ premittẽda eſt hmõi pharmacia: vñ Auic. infra videlȝ in cap. de flõmia. vult ꝙ qñ venter eſt ſtipticus premittat̃ clyſtere aut lenificatio. ℂ Scḋa ꝯcl̃o exiſtẽte neceſſitate pharmacie fortis ⁊ exoluẽdo euacuãtis ⁊ flõmie premittẽda eſt flõmia. Hec ꝓbat̃ duplici cã: vna qꝛ flõmia eſt leuius auxiliũ. Et ſcḋa qꝛ ꝑ ipſaȝ ꝓhibetur periculũ fortis agitatõis in talibus humoribꝰ q̲ per ipſam ſunt eũati: vtputa ſanguine ⁊ colera: naȝ nõ precedẽte tali eũone cuȝ illi ſint ſuꝑflui ⁊ a pharmaco fortiter agitent̃ periculũ eſt de caſu in febrẽ: aut de humoruȝ ebullitõe ⁊ de malignatõe: ⁊ hanc voluit Aui. auctoritate Hip. ℂ Tertia ꝯcl̃o in eũonibus faciẽdis gratia minorationis materie aut gr̃a diuerſionis: dȝ ſp flõmia premitti. Iſta probat̃ qꝛ in alijs eũonibꝰ q̃ premittunt̃ quãto eũo eſt vniuerſalior: tanto magis premittitur: ſed iſte eũones minoratiue aut diuerſiue premittunt̃ alijs: ergo quãto eũatio eſt vniuerſalior tãto magis premitti dȝ. Item qꝛ ꝑ ipſas citius ſequit̃ intẽtuȝ diuertẽdi aut minorãdi: ⁊ ideo Aui. pria tertij. voluit ẽt ꝙ ſi humores alij a ſanguine peccẽt ⁊ ſanguini mixti incipiẽdũ eſt a flõmia. ſ. pro diuerſiõe aut minoratione. ℂ Quarta ꝯcl̃o in eũonibꝰ faciendis eradicatiue ſi humor peccãs alius a ſanguine eũandus eſt ex̃ venas ⁊ i vijs ductuũ premittẽda eſt pharmacia: hec pȝ ex prima: naȝ pharmacũ in iſto caſu ꝯueniẽs eſt lenitiuũ aut valde leue: qḋ ꝑmitti dȝ vt dictũ eſt in pria ꝯcl̃one. ℂ Quinta cõcluſio tali humore exñte longe a vijs ductuũ ꝑmittẽda eſt flõmia: pȝ qꝛ in talis humoris eũone indigemꝰ forti pharmaco: ⁊ in iſto caſu incipienduȝ eſt a flõmia vt dixit ſcḋa ꝯcl̃o. ℂ Sexta ꝯcl̃o ſtãte dicta neceſſitate vtriuſqȝ eũonis ſi humores fuerint ſanguini mixti ⁊ nõ multũ a nã ſanguinis diſtantes ꝑmittẽda eſt flõmia: ꝓbat̃ qꝛ ꝑ ipſaȝ tales hũores eũant̃: ⁊ hanc voluit Auic. in lr̃a cũ dixit. Qḋ ſi fuerit flegma mixtũ cũ ſanguine incipiẽdũ eſt a flõmia. ſ. qñ fuerit vicinũ nãe ſanguinis: ⁊ tu ideȝ ĩtellige de colera. ℂ Septima cõcluſio ſtante tali neceſſitate ⁊ humoribus multũ a ſanguinis nã diſtantibꝰ premittenda eſt pharmacia. Et hoc eſt qḋ Aui. intelligit cum dicit infra in cap. de flõmia. Caue ne egrum ad alterã duarũ rerum perducas aut ad humoꝝ flegmaticorũ incrudationeȝ: aut colericoruȝ ebullitioneȝ: ⁊ hoc vult hic cuȝ dicit. Qḋ ſi viſcoſi ⁊ frigidi fuerint ⁊c̃. Et per has concluſiones putat Dy. ſatiſfactum eſſe dubio ⁊ canoni. ℂ Sed cõtra primaȝ concluſionẽ arguit̃ ſic. Poſſibile eſt eſſe egritudĩnẽ pendentem a ſanguine in qua eſt timor de morte infirmi ſi qḋ facere debemus diſtulerimus: ſed in tali incipiẽdũ eſt a forti medicina qḋ eſt flõmia reſpectu lenitõis vẽtris: ergo poſ̃e eſt ꝙ ſtãte neceſſitate lenificatõis ⁊ flõmie incipiẽdũ ẽ a flõmia. Aſſumptũ pȝ in acutiſſimo apate ⁊ in vera ſquinantia ⁊ apoplexia ſanguinea ⁊ ſil̃ibꝰ. Et minor eſt Aui. ſupra quarta huius. c. j. huius. vñ Aui. dicit pria tertij. c. de apoplexia. Regimẽ vero huiꝰ: que fit ex ſanguine eſt flõmia in hora illa. ⁊ ꝑ ꝯñs nõ opȝ tardare premittẽdo lenificatiua precipue ſi neceſſaria ſit lenificatio pro ſtomacho aut ꝓ inteſtinis gracilibꝰ: q̲bus clyſtere non ſufficit: ⁊ in multis ſil̃ibꝰ caſibus: vt ꝑcuſſiõibus ⁊ vulneribꝰ ꝑmittit̃ flõmia lenificationi ne ꝑꝑ tẽporis lapſuȝ multũ augeat̃ diſpoſitio timoroſa dũ ſit lenificatio. ℂ Cõtra ſecundã cõcluſionẽ arguit̃ ſic. Humore aliquo alio a ſanguine multũ ſuperãte: incipiendũ eſt a pharmaco ⁊ ab alia humoris eũone: ſȝ in hoc caſu eſt neceſſitas pharmaci fortis exoluẽdo eũantis: puta ſi humor ſit melãcolia aut flegma groſſum ergo ſtãte neceſſitate fortis pharmaci aut flõmie incipiẽdũ eſt qñq̃ȝ a pharmaco. pȝ ꝯñtia: maior eſt Aui. ĩ cañ. ⁊ pro aſſumpto eſt ſeptĩa ꝯcl̃o: quã etiã Dyn. concedit. ℂ Cõtra tertiã arguit̃ ſic. In febre flegmatica humoribꝰ flegmaticis multũ dñantibꝰ eũones faciẽde ĩ ꝑncipio ſunt gr̃a minorationis vt cõſtat ꝑ oẽs auctores: ſed ꝑmittendũ eſt tunc pharmacũ ne flegmata eũato ſanguine incrudarent̃: ergo ſuppoſita hoꝝ neceſſitate ꝓ minoratiua eũone nõ ſemꝑ incipiẽdũ ẽ a flõmia. ℂ Quarta ꝯcl̃o ſic ĩprobat̃ ſicut pria ꝑꝑ hec ⁊ multa ſil̃ia. Videt̃ mihi ꝙ iſte cõcl̃ones nõ ſint ita abſolute ꝯcedẽde: vt fecit Dy. ſȝ Aui. voluit ꝙ ſtãte equali neceſſitate flõmie ⁊ pharmacie ⁊ equali ꝑiculo tã in mora q̃ȝ in ꝑtermiſſione vnius eaꝝ ſicut alterius ſunt regule ſupra poſite ſeruãde ꝑꝑ vitatẽ nocumẽtoꝝ ⁊ iuuamẽtorũ que ſequunt̃ ad ꝑpoſitionẽ vel poſtpoſitioneȝ alterius earũ. Videt̃ ſecũdo ꝙ ad integre ſaluandum opȝ addere indicatõe ſumpta a diſpõne illa quã Aui. narrat in lr̃a. v̊.g. indicatõe ſumpta ad hoc ꝙ ẽ neceſſitas pharmaci fortis ſicut hellebori: ⁊ flõmie ꝑmittenda eſt flõmia: poſſet tamen eſſe ꝙ premittenda eſſet pharmacie ex alia cã: puta qꝛ ſi flobothomia preponeretur humor incenderetur ⁊ fieret eũoni ineptior. Et hac gloſa poſita conſtat ꝙ hec argumẽta facta contra concluſiones non procedunt.

ℂ Et ei q̲ ante minutõeȝ ꝑmiſerat medicinã cũ minutionẽ ꝑmittere ḋbebat poſtponat minutionẽ diebꝰ paucis: ⁊ cui paruũ interceſſit ſpacium ex quo minutus fuit ⁊ eũone indiget medicinam ſumere eſt ei conuenientius.

ℂ Hic docet q̲d ſit faciẽdũ qñ vnũ iſtorũ eſt ꝑmiſſum ⁊ alterũ iſtoꝝ dȝ ſequi qḋ erat premittẽdũ. Et ſ̃ȝ Dy. expoſitionẽ ponit duos cañ. quoꝝ vnus eſt correctiuꝰ erroris preteriti. Alius eſt ad vitandũ errorẽ qui contingere poſſet. ℂ Primus eſt iſte. Si q̲s dȝ ꝑmittere flõmiã ⁊ premiſit pharmacũ non ſtatim poſt pharmacũ dȝ flõmare: ĩmo dȝ flõmiaȝ poſtponere: ſed paucis diebus. ℂ Scḋs cañ. eſt ꝙ illi qui premittunt flõmiaȝ ⁊ indigent eũone conueniẽtius eſt ſumere medicinã. Primus cañ. intelligit̃ vt iacet. Et ſunt due cãe poſite ſue veritatis. Prima qꝛ in pharmaco ſit fortis motus ⁊ in flõmia ẽt ſit motus ⁊ duo motus nõ ſunt inuicẽ cõiũgẽdi qꝛ nã nõ bene tolerat. Scḋa ẽ qꝛ pharmacũ facit in ſanguĩe agitationẽ: flõmia ẽt cõmouet ſanguinẽ. Timẽdũ ergo eſt ne ex motus nimietate accidat furia: ꝑꝑ has ergo cãs nõ dȝ cito poſt pharmacuȝ flõmari: v̊bi gr̃a. ſequẽti die. ſed qꝛ iſte indigebat flõmia: certũ eſt ꝙ ibi eſt ſanguis indigens eũone: ideo nõ dȝ multũ expectare: ſed paucis diebus debet poſtponere flobothomiam. ℂ Sed dicet aliquis. mihi videtur ꝙ per has duas cauſas etiam ſi premiſſa eſt

Cauſa autẽ neceſſitatis pharmacie fortis ⁊ exoluẽdo euacuãtis poteſt eſſe q̃druplex prima eſt fortitudo viſceruȝ in reſiſtẽdo laxationi. ſcḋa ẽ groſſities ſeu viſcoſitas humorũ eũandorũ. tertia eſt eorũ infiltratio ĩ mẽbris in q̲bꝰ ſunt. quarta ꝑt eẽ magna eoꝝ diſtãtia a vijs expulſiõis ⁊c.



UVA. BHSC. IyR_044_1

flōmia poſtponēduʒ eēt diebus paucis in pharmaco: qꝛ duas cās debilitatis: ⁊ duos motus agitatiōis opʒ hūc ita tolerare ſicut primū: ⁊ per ꝯñs ſi illa nō ſit eadeʒ die faciēda: nec iſta eadē eſſet faciēda. ¶ Dicēdū ꝙ nō eſt ſil'e: ⁊ cā eſt: qꝛ motus qui fit a pharmaco eſt fortis: ⁊ poſt fortē non ita ſtatim toleraꝛ mediocris ſic ecōtra. Unde poſt forte ⁊ velox exercitiuʒ ſi precipiaꝛ īmediate ēt leuis curſus: aut leuis collucatio nō toleratur: ſed bene poſt. Uix enim ſufficit virtus cuʒ qete ad regendū corpus: nec ſufficit parua mora ad reditū ad notabilem vigorē: ſil'r ligna poſtq̄ʒ ſunt vehemēter diſpoſita ad accendēduʒ oīs parua ſcintilla ſufficit accendere: ⁊ oīs paruus cōtact⁹ a flāma ſufficit inflāmare: ſicut videm⁹ in cādela nouiter extincta. Et ſi ſit facta prius parua calefactio modica incurrēte mora redit ad ſimilē reſiſtētiaʒ priori: ⁊ ideo pōt tantā tolerare flāme approximationē quātaʒ prius anteq̄ʒ incenderetur. Quia ḡ neceſſitate exiſtēte flōmie p̄miſſo pharmaco ſanguis ⁊ alij humores agitanꝛ ⁊ caleſiunt multum ⁊ virtus multū debilitaꝛ: opʒ interuenire aliquos dies anteq̄ʒ toleret aliuʒ motū debilitatiuū ⁊ inflāmatiuuʒ: ſed qꝛ flōmia nō ita agitat nec ita debilitat: ideo poſt illaʒ puto nō ita eſſe indigentiaʒ tanti tp̄is ad tolerandū pharmacū: ⁊ iō ſm hāc introductōeʒ pʒ can.

¶ Secūdo introduceꝛ faciliter in ꝓpoſito: dicēdo ꝙ mens Aui. eſt: ꝙ ſiqs indigens pharmaco ſolutiuo ⁊ flōmia debuiſſet p̄mittere ipſuʒ flōmie: ſed ante pharmacū p̄miſit flōmiaʒ: ita ꝙ facit econuerſo q̄ʒ ille de q̄ in p̄rio canone dixerat. Iſti eniʒ eſt ꝯuenienti⁹ ſumere pharmacū q̄ʒ priori eſſet cōueniēs facere flōmiaʒ: ⁊ iō min⁹ tp̄s opʒ interuenire: qꝛ motus a flōmia eſt minor ⁊ debilitatio: ⁊ ideo minor mora ſufficit ad ſuſtinēduʒ modū ⁊ reſtaurandū debilitateʒ. ¶ Dynus aūt hunc can. itroduxit duobus modis. vnus eſt ꝙ ſi p̄ceſſerit per paruū ſpaciū flobothomia in illo qui indiget alia eūone: eo ꝙ alius humor a ſanguine in eo eſt multiplicatus: ⁊ de h̄ pʒ in eo ꝙ eſt cōueniētius adminiſtrare medicinā q̄ʒ flōmiaʒ: vt dictū fuit in parte p̄cedēte. Et qꝛ hic ſenſus ſupradictus erat nō eſt putādum ꝙ Aui. hic intenderit iſtud. ¶ Secūdus ſenſus cañ. pōt eſſe ꝙ ſiqs p̄miſit flōmiaʒ paruo tp̄e: ⁊ ſupuenit ſibi caſus aliqs ab extrinſeco puta p̄cuſſio in aliquo mēbro pp quē caſum eūandus ſit: nam iſti eūandi ſunt vt habitis infra: tunc cōueniētius erit ei ſumere medicinaʒ q̄ʒ flobothomari. Et cā eſt ne accidat nimia eūo ſanguinis ⁊ virtutis ꝓſtratio cū p̄miſerit flōmiā parūanter: ⁊ vt ſupponiꝛ in cañ. ⁊ ideo dicit Dy. ꝙ ille eſt vn⁹ de caſib⁹ in quib⁹ pharmacia excuſat a flobothomia.

No. tñ ꝙ ſi cōſtaret medico poſt factaʒ flobothomiā ex ꝓprijs ſignis ſignificantibus dñium ſanguinis ⁊ ꝙ humor ſup excreſcens eſſet ſanguis: tūc eſſet facienda flōmia ⁊ nō purgatio cum pharmacia: vt vult Gal. ix. terapeu. c. iij. cū dicit: plenitudinē autem ⁊c. Qūo autem nūꝑ flobothomatus pōt in ſanguine abundare ⁊ indigere iterū flobothomia collige ex ſignis poſitis ab Auicen. tertia primi doctrina ſcda. c. vij. cū dic. Amplius q cōſueuit multuʒ comedere carnē ⁊c.

¶ Sʒ ego hūc ſcdm ſenſuʒ nō puto vez. Prio qꝛ fac̄ Aui. diminutū q cuʒ docuiſſet qd faciēdū in eo q indigens vtraqʒ eūone premiſit pharmacū nō diceret qd faciēduʒ ſi p̄miſiſſet flobothomiā. Scdo qꝛ magis debilitatur virtus ex pharmaco precipue ſolutiuo q̄ʒ ex flōmia. Et ideo ſi pp debilitatē dimittiꝛ flōmia multo magis dimittēduʒ eſt pharmacuʒ in caſu ſuo. Tertio qꝛ humor currens ad locū p̄cuſſionis eſt ſanguis: ⁊ ꝑ pharmacū agitaꝛ ⁊ nō eūatur: ⁊ ideo magis curret ad locum p̄cuſſionis. Quarto qꝛ ſi poſſet verificari cañ. in aliquo caſu: nō tamē vtplurimū non verificaretur: vt quādo flobothomia nō prefuiſſet multuʒ copioſa: nam poſt ſanguinis multū fluxum ex naribus vel ex vulnere videmus precipi flobothomiaʒ: ⁊ ideo puto expoſitioneʒ meam meliorem.

¶ Multotiens preterea ex hauſtu medicine ille qui minui debebat peruenit ad febrem ⁊ ad eſtuationem. Et ſi ex eis que quieſcere faciunt nō quieuerit ſcias ꝙ minutionē premittere debebat.

¶ In iſta p̄te docet cognoſcere ꝑ ſigna vnū errorē in ordine harū eūonum. Et dicit ꝙ multotiēs ex hauſtu medicine ꝑuenit ad febrē ⁊ eſtuationē: ⁊ ſi febris non quieſcit ex illis que qeſcere faciūt: tūc ſcias ꝙ ille debebat p̄mittere flōmiam. ¶ Nota ergo ꝙ multotiens pharmacū adminiſtratuʒ in corꝑe indigēte flōmia fac̄ febrē pp caliditatē ſuā ⁊ agitationē humorū: ⁊ pp caliditatē aeris ⁊ ſimiliū. Sed qñ nō eſt humor parat⁹ inflāmari plurimū facit ephimerā ex ſp̄ūuʒ inflāmatōe: talis aūt ſedaꝛ cū illis que aperiūt leuiter ⁊ infrigidant vt aq̄ hordei ⁊ ſil'ia. Sed ſi febris accidit que ꝑ iſta nō ſedatur tunc eſt humoralis: īmo ſignū eſt ꝙ qñ pharmacū fuit datū erat ibi humor aptus inflāmari q pharmaco nō eūatur: ⁊ talis eſt ſanguis: ⁊ iō debuit p̄mitti flobothomia ne inflāmareꝛ ⁊ ſic pʒ v̄itas cañ. vt in pluribus. Nam nō eſt dubiū ꝙ poſſent eſſe alij humores a ſanguie q agitati mouenꝛ ad putredinē ⁊ abſqʒ agitatione nō fuiſſent moti.

No. tñ ꝙ non obſtantibus fe[…] bre ⁊ aduſtiō[…] ⁊ pharmac[…] ꝙ flobothom[…] dus ē eger pa[…] cis dieb⁹ poſ[…] pharmaciā a[…] ſumptā: ⁊ ho[…] ſi virtus eiu[…] ferre ſufficia[…] vt nā ſiat at[…] tior ⁊ potētio[…] ſuper reſidu[…] ſanguinis re[…] gendo ⁊ defe[…] dendo a putre[…] factione.

¶ Non omnes preterea euacuationes ſunt neceſſarie ꝓpter ſupfluitatē repletionis: īmo qñqʒ ſunt neceſſarie propter egritudinis magnitudineʒ: ⁊ ꝓpter repletionē ſm qualitateʒ ⁊ nō ſm quantitatem.

¶ Hic eſt quartus cañ. de principalib⁹ in quo vꝛ enumerare cās pp quas facienda eſt eūo: ⁊ dicit ꝙ nō oīs eūo eſt neceſſaria pp ſupfluitatē repletiōis: īmo qñqʒ eſt neceſſaria pp magnitudinē egritudinis: qñqʒ ex ſupfluitate repletiōis ſm qualitatē ⁊ nō ſm quātitateʒ. ¶ Circa quē cañ. no p̄rio ꝙ iſte cañ. eſt cōis oī eūoni nō obſtāte ꝙ Aui. hic principal'r intēdat de vomitu ⁊ ſolutione. ¶ No. ſcdo ꝙ oīs eūo debeꝛ rōne alicuius preter nām remouēdi: qd aut eſt actu preter nām: aut in propinqua potētia: ⁊ qꝛ oē tale eſt replens ⁊ q̄ʒtuʒ: ideo oīs eūatio cōueniēter debeꝛ rōne repletionis in quāto. Quia tñ aliqs humor lʒ ſit q̄ʒtitate ſua magna nocens: hoc facit ꝑ qualitatē nō ꝙ quātitatis excedat menſuraʒ ſub qua dʒ eſſe humor nālis: ideo dicimus qñqʒ eūonem conuenire pp repletionē in qualitate ⁊ nō in quātitate: qꝛ nō eſt ibi peccatū in quāto ſpāliter: ſed ad intelligēdū qūo aliqua eūo eſt neceſſaria ꝓpter magnitudinē egritudinis nō pp repletionē in quāto ⁊ quali: nō opʒ credere ꝙ magnitudo egritudinis indicet eūoneʒ debere fieri ſine peccato humorū in q̄ʒto ⁊ quali ꝙ ſit preſens aut in potētia ꝓpinqua: naʒ hoc eſſet falſum. Humor eniʒ nō euacuaꝛ niſi faciat nocumentuʒ: aut ſit in ꝓpinqua potentia ad hoc faciēdum: ⁊ hoc erit pp quātitatem aut pp qualitatē: ⁊ iō erit pp peccatū in quāto aut in quali: ſed intelligiꝛ ꝙ nō exiſtente principal'r peccato ſpāli in quali: nec in quāto: qñqʒ pp magnitudinē egritudinis eūanduʒ eſt: qꝛ timetur ne propter illud humor fiat hoc modo peccās: verbi grā: ſi ſupuēiat magna p̄cuſſio in corꝑe mōdo: vel ſi in corpore pauci ſanguinis ſupueniat pleureſis vera fortis: in qua pp doloreʒ timeaꝛ de curſu ſanguinis ad locum eūabitur ſanguis ⁊ in multis ſil'ibus in qbus ſi paſſio eſſet parua non timerem⁹ ꝙ humores malignarētur aut currerēt ad locum vbi poſt eſſent ſuperflui: ⁊ per hunc modū intelligitur cañ. ¶ Et pʒ ſolutio dubij hic moueri ſoliti. ſ. vtruʒ magnitudo morbi indicet de euacuatiōe non exiſtēte peccato in quāto ⁊ qualitate humoruʒ. Dicenduʒ enim ꝙ nō exiſtēte actuali peccato magnitudo morbi mediate ſignificat ⁊ indicat de euacuatione: qꝛ indicat futurū eſſe tale peccatuʒ niſi fiat eūatio: licet pro tunc nō īmediate hoc indicaret vt magnuʒ vulnus. ¶ Sed qꝛ hic dicit Auic. morbi magnitudo vt intelligaꝛ qūo a medicis dicitur morbus magnus: notanduʒ ꝙ diciꝛ magnus īproprie: qꝛ intenſus: ⁊ ſic habeꝛ particula p̄ria apho. in cōmēto illius aphoriſmi. Qui creſcunt. Medici autem vocant morbū intenſuʒ qꝛ multum ledēs opationes. Rō

Et pp hoc Ga[…] in prima part[…] cula aph. in c[…] mēto illi⁹ aph[…] que egerūꝛ. c[…] ſulit flobotho[…] miā vſqʒ ad ſin[…] copim.

UVA. BHSC. IyR_044_1

nes.Rō.n.qua eſt morbus eſt ꝙ ledat opatiões.hoc
aūt accidit tribꝰ modis in genere ⁊ dr̄ tertio ⁊ decimo
de ingenio.pr̄o qꝛ eſſentia morbi in ſe ſit intenſa vel
magna ſicut inteſuꝫ calorē febrilē dicimꝰ magnū rōne
ſue eſſentie ⁊ magnū vulnus ⁊ magnū apa.ſcdo mor/
bus dr̄ magnꝰ rōne dignitatis leſe actiōis:ſicut oppi/
lationē in meri dicimꝰ maiorē morbū oppilatiōe naſi:
qꝛ ledit̄ deglutitio in pr̄a que eſt nobilioꝛ odoratu q
ledit̄ in ſcda.tertio dr̄ magnus rōne defectꝰ virtutis
diſponētis corpꝰ aut totū aut partē mēbri ſicut cācre/
na:qꝛ in ea plurimū in mēbro cācrenato deficit virtꝰ
vitalis:dicimus morbū magnū ⁊ quelibet iſtaꝝ ma/
gnitudinū pōt ſignificare de eūone humoris nō actu
inferētis nocumentū ſed parati inferre nocumentuꝫ:
⁊ iō ſine actuali peccato in quāto ⁊ quali ꝓpter talem
magnitudinē facienda eſt euacuatio.

¶ Et multotiēs quideꝫ eſt eūo neceſſaria ſꝫ
ſupuenit aliquid qd̄ prohibet:⁊ nō eſt ibi in/
geniū niſi in ieiunādo ⁊ dormiendo ⁊ ī emen
dando complexionis malitiā que ex repletio/
ne prouenit.

¶ Hic eſt qntus cañ.ꝑncipalis ⁊ dicit Aui.ꝙ multo/
tiens eūo eſt neceſſaria: ſꝫ ſupuenit aliqd̄ accidens qd̄
ꝓhibet fieri:⁊ in iſto caſu nō eſt aliud ingeniū niſi ieiu
nium ſomnus ⁊ rectificare malitiā cōplōnis que ꝓue
nit ex humore replente. ¶ No.ꝙ accidēs ſupuentēs
qd̄ ꝓhibet eūonem eſt:ſicut verbigrā.īpregnatio aūt
vomitus p quē nec cibus nec medicina retinetur:aut
abhominatio infirmi aut vomitus: aut nimia debili/
tas:aut preparatio ad ſincopim. ¶ No.ſcdo ꝙ Auic.
in iſto cañ.tria docet remedia.primū ē ieiuniū: ⁊ iſtd̄
ꝯſumit oēs humiditates p accidēs:vt dicit Gal.ī cō/
mento illius apho.Et plenitudine.ſcdm eſt ſomnꝰ: ⁊
iſte ſup ieiuniū reſoluit ⁊ digerit trahēdo calorē ad in/
teriora:vt dr̄ ſcda primi.c.de his que ꝓueniūt ex ſom
no ⁊ vigilia.⁊ iō iſta opponunt̄ repletioni.tertiū eſt re
ctificare cōplōnē:⁊ hoc reſiſtit male qualitati mãe ne
multū ducat corpus extra latitudinē tpamēti ſiue ex/
tra ꝓpriū tpamentū. ¶ Tertio no.ꝙ iſta remedia con
ueniūt qñ iſti hūores peccātes fuerint crudi flegmati
ci vel ſemicocti.nā per ſomnū ⁊ ieiuniū iſti reſoluunt̄
⁊ maturant̄:nec inde ſequit̄ magnū nocumentū.Cuꝫ
autē hi qui ſunt in venis humores eſſent colerici for/
taſſe ieiuniuꝫ ipſos inflāmaret:⁊ ſilr̄ ſomnꝰ ſup ipſum.
Unde in his ſomnꝰ facit caliditatē extraneā: vt appa/
ruit.ſ.in.c.de his que ꝓueniunt ex ſomno ⁊ vigilia.
Et hinc eſt ꝙ Gale.quarto de regimine ſanitatis ap/
probat hunc cañ.his in quoꝝ venis ſunt hūores cru
di ⁊ ſemidigeſti q̄uis extra venas abundent humo/
res acres quos vocat origines. Qd̄ ſi queratur quid
faciendum eſt ſi humores in venis ſunt colerici ⁊ eua
cuari nō poſſunt.Dicenduꝫ ꝙ facimus vt in macilen
to:de quo dictum eſt in.c.de quādo ⁊ qualiter euacua
re opꝫ:⁊ iō Aui.de iſto non intelligit.

Illud tertium notatuꝫ intelligit̄ potiſſime de duobus pri mis remedijs.ſ.ieiunio ⁊ ſomno. Sōnus.n.ſupra ieiuniuꝫ digerit flegma cōuertendo ipſum ad naturā ſanguinis niſi plus debito ꝓlongetur. quare ⁊c̄.

¶ Amplius eūonis qdā eſt q̄ eſt ſm moduꝫ
ꝑſeruatiōis ſicut īdiget ille cui podagra eue/
nire ſolet ⁊ epilepſia ⁊ reliqua ab his ī hora
cognita ⁊ ꝓprie in vere. Ei ergo neceſſariū ē
vt preſeruatiōe vtatur ante ſuā horaꝫ ⁊ eua/
cuet ea que ꝓprie ī ipſius egritudīe ſunt eua
cuanda ſiue ſit minutio ſiue vētris ſolutio.

¶ Hic ponit ſextū cañ.principalē.Et vr̄ mihi ꝙ qꝛ in
quarto cañ.īnuebat ꝙ oīs eūo eſſet faciēda aut ꝓpter
plenitudinē in quāto aut in quali:aut pp magnitudi/
nem morbi:ne putemꝰ ꝙ ꝓpter morbū nō ſit faciēda
eūo niſi qñ adeſt:docet qūo ⁊ qñ nō exñte morbo in
actu ſit faciēda eūo.Et dicit tria. Primū eſt quedam
eūo per ſolam preſeruationē fit nō admixtā curationi
ſicut in illo in quo ſolet accidere egritudo in hora de/
terminata ⁊ cognita qñqꝫ a medico:vt verbi grā:epi/
lepſia ⁊ podagra ⁊ relique egritudīes ⁊ proprie in ve
re:in his eniꝫ opꝫ euacuatiōe ꝑſeruatiuā facere. Secū
dum eſt ꝙ iſta euacuatio dꝫ fieri ante tempus illud in
quo ſolet egritudo accidere. Tertiū eſt ꝙ dꝫ eūari hu/
mor qui eſt euacuādus qñ actu ſunt in ipſa egritudi/
ne ſiue euacuatio illius humoris ſit flōmia:vt qñ ſan/
guis vel maſſa ſanguinea fuerit in ea:ſiue fuerit ven/
tris ſolutio ⁊ ſupple vomitus ⁊ qñ alij humores ſunt
cāe. ¶ Nota pr̄o ex his que dicta ſunt.c.pr̄o huius
ſen:ꝙ eūo ſit ſemp grā ꝑſeruatiōis: ēt ſi aliqñ ꝑſerua
tio ſit curatiōi ꝯiuncta:vt qñ de facto morbꝰ pendet a
mã que eūatur.Aui.vult hic ꝙ qñqꝫ eūo eſt pp purā
ꝑſeruationē.ſ.qñ morbus nōduꝫ adeſt.Cā aūt eſt cla
ra:qꝛ cuꝫ morbi aliqui pendent a mã que ꝯgregatur:
anteq̄ꝫ illos faciat:conſtat ꝙ per illius mãe eūonē an/
te morbi aduentū erit ꝓhibitio eius. ¶ Secundo no
ta ꝙ dixit in hora cognita ꝙ morboꝝ qui ſolent paro/
xyſmaliter affligere:quidā ſunt qui in determinato tē
pore affligunt ex cōſuetudine:⁊ iſti qñqꝫ habēt hoc tē
pus reſpectu hominū generalr̄:quidā autē eoruꝫ re/
ſpectu huius ꝑticularis hoīs habēt certā periodū:qui
dam aūt ſunt alij in quibus nō eſt notū tp̄s in quo ſo/
lent affligere periodice:qꝛ eſt eorū aduentus nō pro/
pter anni tpa:ſed forte ex inordinato regimine. Exē
plum primi:ſicut mania ⁊ podagra que ſolēt in vere ⁊
autūno periodice moueri.Exēplum ſcdi: ſicut quoſ/
dam aſmaticos videmꝰ qui patiunt̄ magis in eſtate:
plurimi aūt in hyeme. In illis ergo quibus eſtate ac/
cidit erit ex ꝓpria cā.Exēpluꝫ tertij: ſicut ſunt quidā
qui q̄ꝫq̄ꝫ incurrant aut epilepſiā: aut tremorē cordis:
aut colicā paſſionē:neſciūt tñ dicere quo tpe nec quā/
to interuallo hoc accidat. Aui.hic nō dedit exēplum
niſi in illis in quibus eſt cognita eſtimatiue hora aduē
tus egritudinis.nā in iſtis clarius poſſumus ſcire qñ
¶ Ponit cañ. ꝙ qui ſupflue vomit ingrediaꝛ balneuꝫ ⁊ verificaꝛ: vt ſupꝛa de ſuperfluo fluxu ventris.

¶ In hoꝛa autem vomendi currat ⁊ exercitetur ⁊ fiat vt laboꝛet: poſt vomat.

¶ Ponit can. de faciendis in tempoꝛe vomẽdi ⁊ vult ꝙ illa hoꝛa exerciteтur ⁊ currat: ⁊ hoc niſi aliter vomat aut ſi vomat ſuperflue: ⁊ hic motus adiuuat ad agitãdum cibũ ⁊ humoꝛes qui ſunt in ſtomacho ⁊ ad nauſeaꝫ ꝑ hoc: ⁊ ideo confert niſi in ſuperfluo: ⁊ eſt ſententia apho. Cum volueris helleboꝛum ⁊c̃.

¶ Sitqꝫ hoc in media die.

¶ Dat cañ. in hoꝛa vomendi: ⁊ dicit ꝙ vomat in medio die. Et cauſa eſt: quia illi humoꝛes ſunt tunc commoti ⁊ virtus excitata: ⁊ ideo facilius pelluntur. Aliqui tamen volunt ꝙ fiat vomitus illa hoꝛa: qꝛ illa hoꝛa temperata eſt foꝛte cum non ſit frigida / vt matutina: nec calida / vt veſpertina.

¶ In hoꝛa preterea vomendi opꝫ vt oculi ligentur ſuppoſitis pilis duabus: deinde vẽter leui faſcia temperate faſcietur.

¶ Dicit hic ꝙ due pile ligenꝛ ſup oculos ⁊ faſcientur oculi: ⁊ ſimiliter faſcietur venter leui faſcia. Primũ hoꝛum fit ꝑ ꝓhibere curſum humoꝝ ad oculos. Scdꝫ ad foꝛtificãdũ muſculos vẽtris pro pellẽdo: ⁊ non dꝫ multũ ſtricte ligari: qꝛ multotiens impedirent.

Hoc idẽ predocuit nobis Raſis. 4. Almãſoris. c. d vomitu dicẽs eſt ẽt obſeruandum vt cũ aliqs voluerit vomere duos pãniculos prius in rotũditatem circũuoluat ⁊c. ⁊ rõ huiꝰ ꝑt eẽ qꝛ in võitu oculi laborant: ita vt qñqꝫ exire videantur a ſuis foueis ⁊ ideo dixit Auic. circa ſineꝫ huius capituli ꝙ vomitus coꝛpoꝛi confert ſed vi ſui nocumẽtũ facit preſeruaꝛ aũt per dictas pilas ⁊ ligaturas ab his nocumentis, quare. ⁊c̃.

¶ Res quoqꝫ que vomitus ſunt pꝛeparatorie ſunt eruca ⁊ raphanus ⁊ carica ⁊ calamentum montanum ⁊ recens ⁊ cepe ⁊ poꝛi ⁊ aqua hoꝛdei cum fece ſua ⁊ melle ⁊ pultes fabarum cum dulcedine ⁊ vinuꝫ dulce ⁊ nuces cum melle ⁊ que ſunt eis ſimilia: ⁊ micla qui facta ẽ ex pane azimo ⁊ oleo: ⁊ melones ⁊ cucumeres ⁊ earũ ſemina: aut aliquid ex eoꝛuꝫ radicibus tritis ⁊ in aqua infuſis cum dulcedine ⁊ hermodactili ⁊ raphanus.

¶ Narrat hic res faciẽtes leuiter vomere. ¶ Ubi nota ꝙ rerũ faciẽtiũ leuiter vomere q̃dã faciunt irritãdo ad nauſeã ⁊ vomitũ ſicut abhoꝛiatio: quedã irritãdo ⁊ diſponẽdo mãꝫ ſicut incidẽdo aut ſubtiliando: q̃dã diſponẽdo meri ⁊ os ſtõi: q̃dã attrahẽdo hũoꝛẽ ad ſtõꝫ. Et nõ dicunꝛ foꝛtia vomitiua niſi q̃ ad ſtõꝫ trahũt. Et oĩa iſta que trahũt ad ſtomachũ: nõ dicunꝛ vomitiua foꝛtia: ĩmo quedã mediocria ſicut hermodactili. Sed que nõ trahunt materiã non dicunꝛ foꝛtia vomitiua: ⁊ iõ in iſtis ſi bene examinenꝛ nõ ĩuenies foꝛtia vomitiua: aut debilia: aut mediocria: qꝛ quãuis attrahant materiã ad ſtõꝫ nõ opanꝛ cũ violentia accidentium.

¶ Qui aũt vinum biberit inebꝛians ad hoc vt euomat: nõ incipiat vomere: donec adhuc parum bibat: ſed bibat multum.

¶ Hic ponit quãtitatẽ vini qd̃ ſumiꝛ gr̃a vomẽdi. Dicit ꝙ qui ſumit vinũ inebꝛiãs. i. aptũ inebꝛiare gr̃a vomẽdi nõ ĩcipiat vomere dũ adhuc parũ bibit: ĩmo bibat multũ. Et cõſidera ex hoc intellectu ꝙ Auic. non vult ꝙ debeat inebꝛiari: ſꝫ loquiꝛ de vino potẽti qd̃ eſt aptũ inebꝛiare: maxĩe aũt verificaꝛ ſi cũ potẽtia ſua ſit dulce. Et cã ẽ: qꝛ cũ paꝝ bibit nõ eſt adhuc ſtomachꝰ relaxatꝰ: nec multũ bñ parata mã ad vomitũ. ſed qñ vinũ ẽ multe quãtitatis: tũc mollificat ⁊ agitat ſupioꝛa: ⁊ ſui quãtitate generat ⁊ leuat malã mãꝫ ſtõ adherẽtẽ.

¶ Dubitaꝛ tñ hꝫ: vtrũ ſit melius ꝓuocare vomitũ cuꝫ vino q̃ꝫ cũ aqua. Ubi nota ꝙ cõſiderãda eſt diſpõ ſtõi ⁊ humoꝝ q expellẽdi ſunt. Nã ſtõ multũ frido ⁊ humoꝛe flãtico peccãte faciẽdus eſt vomitus cũ vino: qꝛ nõ obeſt ſtõ ſua caliditate ⁊ incidit flegma quadã acuitate ⁊ abſtergit: vbi aũt ſtomachus ſit colericꝰ: aut humoꝛ peccãs ſit colera: ſtat: ĩmo eſt ita ꝙ meliꝰ eſt euãre cũ aqua: vt vult Gaľ. 2. de regimine ſanitatis.

¶ Suchaha quoqꝫ cũ bibita fuerit cũ melle poſt balneum faciet vomere ⁊ ſoluet ventreꝫ.

¶ Ponit reꝫ in vſu alterius vomitꝰ. ſ. ſuchaha. Et dr̃ ꝙ ſuchaha eſt potꝰ factꝰ ex hoꝛdeo ⁊ aq̃. Et dr̃ ꝙ cũ bibiꝛ cũ melle facit vomitũ ⁊ ſoluit vẽtrẽ: ꝑcipue ſi ſumatur poſt balneũ: qꝛ balneũ relaxat os ſtomachi. Cã ẽ: qꝛ ſua vnctuoſitate ⁊ virtute abſterſiua ⁊ abhoꝛiatione quadã mouet ſtomachũ ad expulſionẽ ⁊ pꝛeparat.

¶ Amplius qui vomere voluerit nõ foꝛtiter maſticare debet pꝛope ipſum.

¶ Dicit ꝙ q vult vomere nõ dꝫ foꝛtiter maſticare: ⁊ hꝫ fit ne ſtomachus bñ ⁊ auide retineat ⁊ applicetur cibo ſumpto: ⁊ intelligiꝛ de cibo qui ſumiꝛ gratia vomẽdi.

¶ Cum auteꝫ aliquis foꝛtem vult vomitiuũ ſumere ſicut q fit ex helleboꝛo ipſuꝫ bibere dꝫ niſi fuerit qd̃ ꝓhibeat ⁊ poſt duas hoꝛas diei ⁊ poſtq̃ꝫ ſtercus ab inteſtinis exierit. Et ſi cuꝫ pẽna vomuerit: bene erit: ⁊ ſi non moueaꝛ parũper: ⁊ ſi non in balneuꝫ mittaꝛ. Pẽna quoqꝫ qua ſit vomitus inungenda eſt ex aliquo qd̃ ſit ſicut oleum ſiſaminum.

¶ Hic Aui. ponit can. in vſu foꝛtis vomitꝰ: ⁊ lꝫ miniſtret regulas cognoſcẽdi vomitũ iuuatiuũ a nocitiuo: tñ hoc facit abſqꝫ oꝛdine: ⁊ iõ pars iſta diuidiꝛ vt ꝑcedens in tot partes quot ſunt canones in dicta lr̃a. In pꝛima ergo parte enumerat qũo ſumẽdũ ẽ vomitiuuꝫ foꝛte ⁊ qũo vomendũ eſt cũ illo. Et ponit. 7. ꝯditiões ĩ his ſeruãdas. Pꝛima ꝙ ſi ſumaꝛ vomituũ foꝛte ſicut helleboꝛus dꝫ ſumi ſtõ ieiuno vbi non fuerit aliud ꝓhibens. Scda ꝙ ſumaꝛ poſt duas hoꝛas diei. Tertia ꝙ ſumaꝛ poſt euãtionẽ vẽtris a ſtercoꝛe. Quarta ꝙ vomat ꝑ impoſitionẽ pẽne in gula cũ qua ſi vomat bene erit. Quinta ꝙ ſi nõ vomat hꝫ mõ moueaꝛ paꝝ. Sexta ꝙ ſi motus nõ ſufficit mittaꝛ ĩ balneũ. Septĩa ꝙ pẽna vngaꝛ cũ aliquo qd̃ ſit ſicut oleũ ſiſaminũ. ¶ Ubi pꝛĩo cõſidera ꝙ dixit bibere dãs intelligere ꝙ talia medicamina: qꝛ ſunt abhominalia trãſglutiunꝛ ſine maſticatiõe: ⁊ illud large dr̃ bibere ſiue illud ſit in ſolida ſubã ſiue molli: vñ ſupꝛa dicit ꝙ bibunꝛ pillule. Dy. tñ dicit

ꝙ laboꝛat

UVA. BHSC. IyR_044_1

ꝙ laborat ad docendū ꝙ in forma apozimatis ⁊ pota/
bili ⁊ fluxibili melius adminiſtrātur vomitua fortia:
q: vt dicit facilius deſcēdāt remanēte virtute in ore ſto
machi. Sed ego nō puto verū ꝙ in forma potabili fa
cilius deſcendāt cum ſupradictū ſit ꝙ illud pharma/
cum vomitiuū ſit ſeceſſiuū ſi def in ſuba ſolida: q: faci
lius deſcēdit: ⁊ hic nō intendo aliter arguere niſi q: fa
cili⁹ ad ſupiora agitanf in forma liqda q̄z ſolida. ℭ Sz
circa primā cōditōez cuz dr̄ ꝙ dz ſumere ieiun⁹ tale vo
mituū: attende ꝙ vna cā eſt: q: vomituū debile nō da
tur niſi ad educendū humorē q eſt in ſtō: ⁊ talis facili⁹
cū cibo exit vt ſupra dicif. Sed forte vomitiuū daf ad
attrahēduz a longinquo ⁊ impedireſ opatio ſua p cō/
mixtionē eius cū cibo. Scđa cā eſt: q: cuz ſit plurimuz
res maligna nō dz ſumi: ita ꝙ aliqd ex ea penetret in
venas: mō ſi cū cibo ſumereſ trāſumpta pte cibi attra/
het aliqd de vomitiuo. Tertia cā: q: facta agitatōe cito
a ſtō pellereſ cū ſupnataret cibo: ⁊ ſic nō retinereſ ſuffi
cienti tpe ad attrahēduz illud qđ attrahēdū eſt: ⁊ ēt q:
talis medicina nō opatur niſi reducaf ad actū a calore
corporis humani vt ſupra dictuz eſt: ⁊ cib⁹ impediret
opatōez p quā ad actū reducereſ. Cā aūt quā aſſignat
Dy. ſup hoc eſt: q: vomitiua fortia nō eūant niſi cum
forti motu: ⁊ fortior motus requiriſ ad vomēdum ſtō
vacuo a cibo q̄z ſtō pleno. Judicio meo nihil eſt: qñqz
fortia vomitiua faciūt fortē motuz p quē ēt ſtomach⁹
plenus facilius eūatur q̄z vacuus. ℭ No. vlterius: q:
Aui. hic dicit: detur ſtō ieiuno niſi fuerit qđ ꝓhibeat.
Tale aūt ꝓhibens qñqz eſt diſpō medicine q ꝑꝑ que/
daz nocumenta que facit indiget vt detur cū re cibali:
aut qñ aliqd cibi eſt in ſtō vt p̄cipue helleborus alb⁹:
qñqz ē ex pte nāe ſuſcipiētis vt ſi eēt valde ſenſibilis
ſtōi aut debilis: qñqz ex pte accidētiū vt ſi ſumereſ in
hora famis. Jn his eniz caſib⁹ opz ꝙ ſumaf ſupra cibū
vt maiora nocumēta vitenf. ℭ Circa ſcđaz cōditionez
nota ꝙ due ſunt cauſe ꝑꝑ quas forte vomitiuuz dz ſu
mi poſt duas horas diei. Prima q: dz ſumi hora qua
hūores nō ſunt a ſomno imobilitati vt citi⁹ egredian/
tur. Nam cū pharmacū vomitiuū ſtet in ſtō in ſupiori
pte agitat ⁊ incitat ad ſui expulſionē: iō nō tādiu tene
tur ſicut ſeceſſiuū: ⁊ opz ꝙ citius a ſe trahaf: ⁊ iō dz eē
poſt excitationē ⁊ ſubtiliationē humoꝝ a lumine diei
⁊ ne ſumaf in hora vehementis caloris: dr̄ poſt horas
duas: q: in eſtate qñqz dz fieri: ⁊ ſi ampli⁹ ſtareſ eſſet
hora nimiū calida. Scđa cā eſt: q: ſumēdo illa hora ac
cidit ꝙ ſit actus vomendi circa meridiē vt pōt patere
ex ſupradictis: q: in tpe q̄ttuor horarū cōiter complet
ſuā opationē. ℭ Tertia cōditio eſt ꝙ ſit poſt fecū emiſ
ſionē ab inteſtinis. Et cā eſt prio ne fecū agitatio ſit cā
aut putredinis aut mot⁹ eius ⁊ ſui vaporis ad loca no
biliora. Scđo ne oppilatio meſeraicaꝝ ex fecib⁹ faciat
attractionē difficilē. ℭ Quarta ꝯditio eſt ꝙ vomat cū
poſitōe pēne in gutture: hec eniz eſt minima agitatio
poſſibilis ad vomitū excitādū ⁊ minie corp⁹ ꝯmouēs
poſt medicinā aſſumptā: ⁊ iō ab illa incipiēdū ē. Et h̄
p pēnaz itelligim⁹ ⁊ digitos ⁊ res alias mobiles in gu
lam imittēdas cā vomēdi. ℭ Quinta cōditio eſt ꝙ ſi
pēne imiſſio nō ſufficit dz moueri paꝝ: ⁊ h̄ vt fiat agi/
tatio paulatiz mouēs mām verſus ſurſuz. Sepe. n. cū
ſubito ⁊ fortiter moueſ mā verſus ſurſuz vt aſcendat
ſtōi ptes ſupiores claudunf ⁊ ꝓhibeſ incitatio ad vo/
mitū. Sed cū paulatiz ꝯ ſit accidit ꝙ vſqz ad meri ⁊ os
⁊ ſupiores ptes paulatiz cōicaf nocumētū: vñ moueſ
ad expellēdū p os: ⁊ p viā nālis ſubordinatōis mouē
tur inferiora ad trāſmittēdū ad os. Et tu vide moduz
quo motus ⁊ nauigatio agitāt ad vomituz in cōmēto
apho. Cū volueris helleboꝝ ⁊c̄. ℭ Cōditio ſexta ē ꝙ
mittaf in balneū nō qdez tm̄ vt divertaf mā ab iterio
ribus ad exteriora: ſz vt mollificeſ ſtōus ⁊ relaxeſ os
ei⁹ ⁊ mā ſubtilieſ ⁊ ꝯmoueaf. Hec. n. p̄parāt ⁊ incitāt
ad vomitū plus q̄z leuis motus. ℭ Septia ꝯditio eſt
ꝙ pēna cū q̄ ſit vomit⁹ ē vngēda cū oleo ſiſamino: q:
ē oleū multū mollificatiuū: ⁊ cū nō hr̄: loco ei⁹ vtimur
oleo dulci cōi aut cū oleo anetino. Tu tñ in iſtis vide
ꝙ Aui. īnuit ꝙ vbi pēna imiſſa gutturi nō ſufficit ad
incitādū ad vomēdū ſufficit leuis motus corporis: er
go vr̄ inuere ꝙ leuis mot⁹ corporis plus facit ad vo/
mitū q̄z pēna imiſſa gutturi: niſi qs velit ꝙ poſt talez
motū reqraf iterū agitatio cū pēna: q: tūc poſſet ſuſti/
neri ꝙ agitatio cū pēna eſt fortior leui motu.

ℭ Qz ſi incenſio acciderit ⁊ anguſtia ſtoma
chi: def in potu aq̄ calida ei aut oleū: qm̄ aut
vomitū faciet aut vētrē ſoluet. ℭ Ex eo p̄te/
rea qđ ad hoc iuuat eſt ſtomachi ⁊ extremoꝝ
calefactio: qm̄ hoc nauſeam facit.

ℭ Hic docet ſuccurrere qbuſdā accidētibus malis in
his q forte vomitiuū ſumpſerūt. Et dicit ꝙ ſi alicui ta/
li acciderit incēſio. i. ingetudo: aut anguſtia. i. mordica
tio: ſuccurēdū eſt dādo in potu aquā calidaz. ſ. tepidi
caloris: aut oleū ſupple tepidū: q: hec aut faciēt vome
re aut ſoluēt ventrē: ⁊ calefaciat extrema ⁊ ſtōz: q: hoc
faciet nauſeā. ℭ Ubi nota prio ꝙ p incēſionē Aui. in/
telligit mordicationē: ⁊ p anguſtiā intelligit ingetudi/
nē: que ſequunf hmōi dolorē. Et ideo ſeqnif poſt aſ/
ſumptionē vomitiui ꝑꝑ humoꝝ attractoꝝ ad ſtōz ma
litiā: aut ꝑꝑ pharmaci malā qualitatē: aut ꝑꝑ vētoſita/
tes q̄ multiplicanf virtute nō potēte tam cito expelle/
re p vomitum ⁊ per ſeceſſum vt opz. ℭ Scđo nota ꝙ
aqua calida ſui lubricitate mollificat: ⁊ caliditate ano/
dina mitigat mordicationez: ⁊ ſuis qualitatib⁹ tēperat
⁊ premit pharmaci acuitatē ⁊ lubricādo facit vt ſurſuz
aut deorſum citius emittaf: ēt dolorē mitigat ⁊ reddit
ſtōm aptiorē ad faciēdū conatū pro expellendo mate
riā. Oleū aūt qđ nauſeatiuū eſt aptū ad faciēdū vomi/
tū ⁊ medicine acuitatē reprimit: q: vnctuoſa reprimūt
acuitatē acute medicine. ℭ Sed dubiū vr̄ quō ſtoma
chi ⁊ extremoꝝ calefactio ſit nauſeatiua. Naz ſupra de
regulis ſolutionis vētris ſm vnā expoſitionē in eo q
timet ne vomat medicinā debent calefieri ſtomachus
⁊ pedes frigidi. Ex hoc ergo vr̄ ꝙ calefactio poti⁹ hz
ꝓhibere vomitū q̄z facere nauſeā. ¶ Hic rñdet Dy/
nus duobus modis. Primus eſt ꝙ hoc referaf tm̄ ad
ſtomachi calefactionē: que ꝓpterea ꝙ agitat humorez
in ſtō nauſeaz facit: ēt q: rarificat ⁊ debilitat ſuperiora
ſtomachi: ꝓuocato ergo vomitu remoueuf incenſio ⁊
anguſtia ꝑꝑ ablationē cāe: ⁊ intelligif de calefactione
debili. Supius autē intelligebatur de forti ⁊ illa ꝯſtrin
git ⁊ non relaxat partes ſtomachi. Calefactio aūt ex/
tremoꝝ nō facit vomitū: ſed cōuenit in noſtro caſu fa/
ciēdo fluxum vētris ⁊ non nauſeam. Scđa rñſio eſt. ꝙ
qñqz iſta accidentia hic dicta fiunt: q: medicina agitat
materiā: ēt ſtomachus eſt debilis ⁊ non pōt expellere
calefactio aūt ſtomachi ⁊ extremoꝝ cōfortat ſtōm: ⁊ iō
per accidens eſt cā nauſee: q: facit virtutē fortē ad mo
uēdum ſurſum mām. Sed ſupra qñ timebaf de vomi
tu i medicina ſeceſſiua nō erat ſtomachus debilis im
mo fortis: ſed materia inobediēs motui deorſum/ ⁊ p
calefactionē eliquata fiebat obediēs. Ego puto ꝙ ſu/
pra Aui. in. c. allegato nō poſuit ꝙ dz ſtomachus frigi
dus calefieri ad prohibendum vomitū: ſed poſuit: q:
hoc eſt cōueniens in opere pharmaci ſiue ſeceſſiui ſiue
vomitiui ꝙ nō permittanf ſtomach⁹ eſſe frigidus nec
pedes: vnde nō dicit ibi ꝙ ſemper i tali timore ſint ca
lefaciendi: ⁊ hoc intelligo ſiue timeaf ꝙ fiat vomitiua
ſiue nō: hic autē vult ꝙ iſta calefactio potius hz facere
nauſeam ⁊ precipue tepida relaxando ſtomachū.

ℭ Cūqz medicia vomere faciēs ꝑſeuerit
⁊ ſuā inceperit opationem: vomitor quieſcere

Dicit Serapio in aggregatione in capitulo de oleo ſiſamino quod tale oleū eſt maluz ſtomacho ⁊ deſtruit eum. Et Aui. in ſcđo canonis. c. de ſiſamo dixit ēt ꝙ eſt malū ſtomacho faciēs nauſeam ꝓſternēs deſideriuz. Juuat aūt in ꝓuocatione vomit⁹ ex forti pharmaco. primo qdez abhominatione saporis ⁊ odoris eius. ſecūdo ſua vehemēti lēificatione q: lēit vt ita dicā gargareonē ⁊ ꝓhibet ipz ab excoriatiōe ex ꝯcurſu pharmacie ⁊ humoris acuti ſuper eum ⁊c̄.

Scias ēt ꝙ ex aſſumptiōe aq̄ calide magis fiet ꝓuocatio fluxus vētris ex eo qđ lauat ſtomachū ⁊ facit medicinam deſcendere: ſz ex ſumptione olei magis prouocabif vomitus lz poſſit fieri ēt fluxus vētris quare ⁊c̄.

UVA. BHSC. IyR_044_1

debet ⁊ odores bonos olfacere: ⁊ eius extre/ma cõprimẽdo ſunt fricãda: ⁊ parũ aceti ẽ ei in potu tribuẽdum: ⁊ comedat maciana ⁊ cydonia cum pauco maſticis. ¶ Et ſcito ꝙ motus facit magis vomere / ⁊ quies minus.

¶ Hic dat cañ. qñ medicina vomitiua accelerat ĩ operãdo. Et dicit ꝙ medicĩa qñ citi⁹ incepit facere vomitũ ſolito: opꝫ ꝙ vomitor faciat iſta qnqꝫ vel aliqua eo/rũ. Primũ ꝙ qeſcat. Scdꝫ ꝙ olfaciat odores bonos. Tertiũ ꝙ faciat fricare extrema ſua ꝯprimẽdo. Quartũ eſt ꝙ ſumat in potu parũ aceti. Quintũ ꝙ comedat ſtipticũ boni ſaporis ⁊ odoris ſicut maciana aut cydo/nia / aut aliqd de maſtice. Addit in fine ad dãdũ cauſaꝫ vni⁹ dicti ꝙ motus facit maxĩe vomere ⁊ quies min⁹.

De aceto dicit Aui. ſcdo canonis. c. ꝙ prohibet effuſiones materieruꝫ ad iteriora ⁊ reprimit malitiam pharmaci ⁊ cõſtringit ſtomachũ calefactuꝫ vomitiuo confortat ⁊ vnit.

¶ Notãdũ ergo ꝙ cũ pharmacuꝫ vomitiuũ accelerat ſuã opationẽ in faciẽdo vomere ſimul cuꝫ alijs reb⁹ ⁊ humorib⁹ ipꝫ ẽt euomit. Et qꝛ ſumit forte vomitiuũ ad attrahẽdos humores a lõginquo: ideo veriſile ẽ ꝙ tũc eductũ ſit anteqꝫ fecerit opationẽ ſuã: ⁊ iõ medic⁹ dꝫ cito conari ne nimis cito vomat: vt tam diu teneat ꝙ putet opatũ eſſe attrahẽdo illud qδ intẽdebamus ipſum debere extra attrahere. Et per hanc cãm nitit ad prohibendum vomitum per hec quinqꝫ. Quoniã aũt hec qnqꝫ ꝓhibẽt de qͤre dedit cãm Aui. ⁊ dicitur quarta particula aphor. Cum volueris helleborum magis ducere. Et cã eſt qꝛ humores nimis ſtimulant: ⁊ ita quies oppoſito mõ facit min⁹ vomere. Olfacere aũt bonos odores facit ſtõ ſilꝛ motũ localẽ in partib⁹ facere ac ſi ſapida deglutiant vt dixi pria apho. ⁊ ideo ſtomachus ꝯſtringit quo ad ptẽ ſupiorẽ. Fricatio autẽ diuertit vt nõ pcipiat ita in ſtõ nocumẽtuꝫ: ⁊ iõ nõ ita ſtimulat. Et acetũ ꝯſtringit ptes qbus obuiat pcipue parũ vt ſolũ tãgant ſupiora ⁊ nõ ſtomachi fundũ. Reliqua patent qũo ꝓhibeant vomitum. Qδ ſi cõtingat vomitiuũ accelerare ſuã operationẽ nõ ſolũ euãdi ſꝫ attrahendi: qꝛ fuerit nimis forte: dꝫ potari aliquid qδ acceleret exitũ eius ⁊ vigoreꝫ eius frangat. Sed hoc dedit intelligi ſupra in ſolutiuo.

¶ Et eſtas ẽ tp̃s in quo magis eſt digni⁹ vt in ipſo fiat vomit⁹: ꝙ ſi alicui neceſſarius fue/rit ⁊ nõ fuerit figure ipſius conueniens: eſtas erit dignior hora vt in ea concedatur.

Et rõ eſt qꝛ eſtate multiplicat colera que petit partes ſuperiores: quo ſit vt cõueniẽtius per ſuperi⁹ euãcetur. ẽt qꝛ eſtus cõmouet ⁊ ſubtiliat humores inde vomitus patiores reddit quare ⁊c.

¶ Incidenter hic docet que hora eſt ꝯuenientior ad vomitũ de horis anni. dicẽs ꝙ eſtas eſt hora dignior ad vomitum. Et ideo ſi aliqui fuerint inepti ad vomitũ eſtas erit dignior hora: vt in ea deducat ad vomenduꝫ. Et primũ hoꝝ colligit ab Hip. quarta particula apho. illo apho. Purgare qdẽ eſtate ſupiora ⁊c. Et ſecũdũ itelligit ꝙ ſi aliqs fuerit carnoſus iſte erit figure inconuenientis ad vomitũ: ⁊ ſilꝛ habẽtes habitũ ſimilẽ ptiſicis vt dꝛ ſupra. In iſtis ergo nõ eſt adminiſtrandus vomitus ita cõueniẽter ſicut in tpe in quo tpe vomitus eſt facilis: ⁊ qꝛ illud eſt eſtas: ideo in illis q ſunt talis figure oportet pro faciẽdo eos vomere expecta/re eſtatem niſi magna concurrat neceſſitas.

¶ Et finiũ vomitus longinquior ꝺm moduꝫ purgatiõis prime eſt ſtomachi ſolius ⁊ nõ in/teſtinorũ ⁊ ad modũ qdẽ purgationis ſecũde capitis ⁊ totius corporis. Ipſius vero attra/ctio ⁊ eradicatio eſt ab inferioribus.

¶ Hic docet Aui. vñ vomitus euãt ⁊ attrahit. Et di/cit ꝙ finis. i. longinquior locus vñ euãt vomitus ꝺm locũ purgationis prime eſt ſolus ſtomachus. i. nõ hꝫ prĩo euãre niſi a ſtõ ⁊ nõ inteſtinis: ⁊ purgat ſcdo ca/put ⁊ totũ corpus ⁊ ipſius attractio ⁊ eradicatio eſt ab inferiorib⁹. ¶ Ubi nota ꝙ per motũ prime purgationis intelligit Aui. illũ q ſit per vomitũ ſolum ⁊ ime/diate. mõ conſtat ꝙ p vomitũ dũ vomit mã non expellitur niſi a ſtõ. purgatio aũt ſcda nõ ĩtelligit ꝙ ſit poſt pmã ſed ꝙ nõ ĩmediate: ⁊ qꝛ p vomitũ expellit illud qδ fuit attractũ a lõginquo. ſ. a toto ⁊ a capite: iõ dixit ꝙ eſt corpus ⁊ caput p modũ purgationis ſcde. Et tu ex hoc intellige ꝙ id qδ eſt in inteſtinis niſi alio motu ad ſtõꝫ traheret nullo mõ p vomitũ expelleret. ſꝫ hoc dictuꝫ eſt ſupra. c. 4. ¶ Nota ſcdo ꝙ eradicatio qñqꝫ ſumit p euõnẽ de ꝓpinquo: ⁊ hoc mõ dictuꝫ eſt ſupra ꝙ vomitus trahit ab inferiorib⁹ ⁊ eradicat a ſuperiori/bus. Qñqꝫ ãt dicit eradicatio remotio a loco vbi mã fixa erat ſicut in radice: ⁊ hoc mõ vomitus ⁊ alie eua/cuatiões eradicant ab inde vnde trahunt: ⁊ vomitus eradicat ab inferioribus: ⁊ qñqꝫ a ſuperioribus. Hic dant alij modi reſpondendi: de quibus non curo.

¶ Et tu qdẽ cognoſces vomitũ ꝯferentẽ ab eo q nõ fecit iuuamẽtũ: ex eo ꝙ ip̃m ſeqt alle/uiationis ⁊ deſiderij boni ⁊ anhelit⁹ ⁊ pulſus bonitas: ⁊ ſilꝛ ex diſpõnib⁹ aliaꝝ virtutũ. Ei⁹ aũt ĩceptio ẽ nauſea. Et deteri⁹ qdẽ malũ qδ efficit eſt mordicatio fortis in ſtõ ⁊ aduſtio ſi medicĩa fuerit fortis ſicut helleborus: ⁊ qδ ex eo ſit qm̃ incipit a ſaliua q̃ fluit: deinde ſeqtur ipſaꝫ vomit⁹ multi flegmatis multotiẽs: poſt quẽ ſeqt vomitus rei liqde tenacis. Mordicatio quoqꝫ ⁊ dolor erunt manſiui: ita ꝙ ad alia accidẽtia nõ mutent niſi ĩ nauſeã ⁊ anguſtiã. Et qñqꝫ ſoluit ẽt venter: poſtea in hora q̈rta incipit quieſcere ⁊ ad requiem declinat.

¶ Hic ponit ſigna perque cognoſcit vomitus eſſe cõueniens ⁊ cõferẽs: eſto ꝙ fiat cũ qbuſdã accidẽtibus malis. Nã hũc vomitũ fortẽ fere eſt impoſſe ſumere ⁊ operationẽ debitã ſequi abſqꝫ labore. Et prĩo docet ſigna ſignificatiua bonitatẽ que ſigna apparẽt poſt opationẽ ⁊ ſunt ꝓportionabilia ſignis que ſignificãt bonitatẽ operationis ſolutionis ventris. Et ſunt alleuiatio corporis: bonitas deſiderij. ſ. appetitus cibi: bonitas anhelitus: bonitas pulſus: fortitudo reliquarũ virtu/tũ. ſ. digeſtiue ⁊ expulſiue ⁊ aĩalis. Et ſi bene cõſide/res: cã in hoc eſt eadẽ que dicta eſt ſupra in medicina ſolutiua: ⁊ cognoſces ꝙ iſta nõ opꝫ eẽ in actu vomen/di nec ſtatim poſt vomitũ: ſed poſt quietẽ ⁊ agitationẽ vomitus. Scdo docet q̃ malitia vtplurimũ accidit in vomitu forti precedẽte vt dꝫ ⁊ nõ excedente mẽſuraꝫ nocumẽti cõiter expectati in eo. Et dicit ꝙ ĩcipit opatio a nauſea ⁊ poſtea deterius malũ qδ efficit eſt mor/dicatio fortis in ſtõ ⁊ aduſtio. i. dolor aduſtiu⁹ ſicut qñ medicina eſt fortis ſicut helleborus: ⁊ incipit prĩo educi vomitu ſaliua: poſt ſequit vomitus flegmatis multi poſt illud flegma ſequit vomitus rei tenacis liqde: tñ in hoc dolor ⁊ mordicatio ſiunt mãſiui. i. ſtantes ita ꝙ nõ mutabuntur ad alia accidentia niſi ad nauſeã ⁊ an/guſtiã. Et per anguſtiã intelligit Dyn. ſubuerſionem anime. Qñqꝫ ẽt accidit in exhibitõe taliũ ꝙ ſequit fluxus vẽtris: ⁊ poſt in hora q̈rta ab illa in qua fuit aſſumptus vomit⁹ incipit declinare ad reqeꝫ ⁊ qeſcit motus ille pharmaci: ⁊ hͦ totũ intelligat vt ĩ plurib⁹: ⁊ vomi/tu pcedẽti eo mõ q expectat poſt aſſumptioneꝫ fortis vomitiui. ¶ Circa primũ nihil vr̃ addẽdũ niſi ꝙ quẽ/admodũ ex exhĩtiõe pharmaci cõtingit aliqñ ꝙ alle/uiatio ſtatim poſt eius opationem debitã nõ ſentit: ita põt ẽt ſilib⁹ modis ⁊ cauſis accidere in vomitu. ¶ Sꝫ circa ſcdꝫ puto ꝙ qua agitatione ſtomachus expellit ad vomitũ pcedit de neceſſitate inclinatio ad vomituꝫ que dr̃ nauſea: plurimuꝫ ẽt precedit motus ſtomachi abſqꝫ expulſiõe q̃ dr̃ ſubuerſio anime. Sed de ſubuerſione non oportet. Nã poſſibile eſt ꝙ primũ motũ ſtomachi

Circa primum hoc ẽ circa v[…] mituꝫ confer[…] teꝫ: vnde dix[…] hipp. ſecund[…] pnoſticoruꝫ […] vomitus lau[…] dabilis eſt ill[…] cui flegma a[…] mixtum fuer[…] coleribus ne[…]

UVA. BHSC. IyR_044_1

nimis eſt viſco
ſus q̃to vero
a ſimplicitate
remotior: tãto
ſuſpectior. ꝛc.

machi ad vomendũ ſeq̃t expulſio corpulenti: ꝛ ſic fit
vomit⁹ prim⁹. Sꝫ mordicatio fortis ꝛ aduſtio accidit a
q̃litate pharmaci vtplurimũ: ẽt põt eſſe a q̃litate hũo/
ris acuti attracti ad ſtõm. Nõ aũt q̃re incipit eũari ſa
liua eſt: qꝛ plurimũ talis humiditas ↄtinet in ore ſto/
machi ꝛ in capite ei⁹ ꝛ in radice gutturis nãliter: q̃ agi
tata p pharmacũ ꝛ aliq̃n p agitationẽ man⁹ facile pelli
tur cũ ſit in via: ꝛ cũ hoc ex mõ ſubſtãtie ſit parata ad
expulſionẽ. Plurimũ aũt talia vomitiua faciũt ſcðo lo/
co vomere multũ flegma. Nã fortia vomitiua p̃imũ
reſpiciũt flegma: ꝛ cũ hoc ẽt ſtomach⁹ eſt eius lacuna.
Sed ↄtingit aliq̃n pelli multã colerã: ꝛ iõ dicit Auic.
plurimũ ꝛ nõ dicit ſemp. Et qꝛ iſta vomitiua dant ad
eũandũ humores difficilis eũonis q ſunt tenaces: iõ
vtplurimũ p ea iſti humores eũant: ꝛ eũant liq̃di: qꝛ
nõ pñt anteq̃ꝫ eliquent eũari: ſed eũantur in vltio: qꝛ
ſunt magis reſiſtẽtes. Et poſſet hic ordo ex quibuſdã
accidẽtibus variari varijs cãis. ¶ Sꝫ attẽde p̃io q ip
ſe dicit q mordicatio ꝛ dolor ſiũt mãſiui: ꝛ nõ mutant
ad alia mala acc̃ntia niſi ad anguſtiã. Sꝫ tu poſſes di/
cere Aui. ſtati dicit q malũ eſt q magnificet anguſtia.
Si ergo ad anguſtiã dedit erit vomitus malus ꝛ non
ↄferẽs. Ego puto q cogitatio huius difficultatis fecit
Dy. p anguſtiã intelligere ſubuerſionẽ anime: ꝛ hoc
mõ intelligẽdo nõ eſt anguſtia de accidẽtib⁹ malis: qꝛ
eſt mior mot⁹ q̃ꝫ vomit⁹. Ego aũt puto q cũ mordica
tione ꝛ aduſtione ſtomachi plurimũ eſt anguſtia pro/
prie accepta: ꝛ iõ Aui. dicit q nõ pmutant in vomitu
ↄferẽte niſi ad anguſtiã. Cã aũt q anguſtia eſt malum
ꝛ de accidẽtib⁹ mali vomitus dicitur q quãdo eſt mul
tum intenſa ꝛ aſſociata cum alijs que ſtatim dicet eſt
de accidentibus mali vomitus nõ ſemp: immo dolo
rem ꝛ aduſtionẽ plurimũ cõitat. Nec puto q per an/
guſtiam intelligat Aui. abhominationẽ. Quod ẽt di
cit q q̃nq̃ꝫ ſoluitur venter eſt: qꝛ cũ ſtomach⁹ cõprimi
tur accidit aliq̃d emitti p inferius orificiũ aut qꝛ phar
macũ vomitiuũ trahit ad inteſtina: ꝛ cum pro pte ma/
gna eſt expulſuꝫ non eſt potẽs expulſiuã inteſtinorum
vincere: qꝛ inclinat p viaꝫ illã expellere: ꝛ iõ accidit in
fine opatõis vomitiui. Circa vltimũ aũt qð dr̃ q hora
quarta declinat ad quietẽ: intelligit vtplurimũ ſꝫ va
rietatẽ vomitiui ꝛ nature corporum.

Dip. ſcðo pno
ſticorũ ſic loq
tur de malo vo
mitu. Vomit⁹
ſicut ſucc⁹ por
ri vel viridis
vel plumbeus
aut niger ma/
lus eſt. Si om
nibus iſtis inſe
ctus fuerit mor
tis nuncius eſt
cõtinuus. Om
nis odor mal⁹
ẽ i quocũq̃ꝫ vo
mitu malum ẽ
ꝛc.

¶ Malum autẽ eſt vt vomitus nõ ꝓueniat
ꝛ magnificet anguſtia ꝛ accidat tẽſio ꝛ egreſ
ſio oculorum ad exteriora/ ꝛ fortis rubedo in
eis vtriſq̃ꝫ/ ꝛ ſudor multus/ ꝛ ĩterſectio vocis.
Si ergo alicui acciderit niſi ei ſubueniatur:
perueniet ad mortem inde. Illud autem quo
ei ſuccurritur eſt enema ꝛ doſis mellis cum
aqua calida: ꝛ in potu ei dare olea in quibus
theriace virtus exiſtit ſicut oleum de lilio. Et
labora donec vomat: quia ſi vomuerit non ſuf
focabitur: ꝛ adhibe etiam enema quod ſit
apud te preparatum.

¶ Docet hic Auic. cognoſcere vomitũ qui eſt malus:
ꝛ cum peioribus accidẽtibus q̃ꝫ debet. Et primo fa/
cit hoc dicens qð eſt malum q ſumpto vomitiuo non
perueniat vomitus: ſed magnificet anguſtia ꝛ tenſio
accidat. ſ. faciei ꝛ gutturis ꝛ totius corporis: ꝛ egreſ/
ſio oculoruꝫ ad exteriora ꝛ fortis rubedo in eis vtriſ/
q̃ꝫ ꝛ ſudor multus ꝛ interſectio vocis. Et raro fit q
ſi hec acciderint ꝛ non ſubueniatur patiens morietur.
Secũdo dicit q quãdo hec acciderint illud per quod
incurritur eſt enema cuꝫ exhibitione mellis cum aqua
calida in potu. Tertium eſt dare in potu olea lenifica/
tiua: in quibus exiſtat virtus theriace ſicut oleum de
lilio: ꝛ laborare ad faciendum q vomat: quia ſi vomue
rit non ſuffocabitur. Et tandeꝫ repetit q adminiſtre/
tur enema qð dꝫ eſſe paratũ apud te: ne q̃n indiges ſit
opportunũ p̃parare ꝛ tp̃s interponere in ei⁹ p̃paratio
ne. ¶ No. p̃io q pharmacũ vomitiuũ pmanet pluri
mũ in ſupiori pte ꝛ trahit ad ſupiora: ꝛ conat⁹ eſt natu/
re ad expellendũ p ſupiora: ꝛ iõ p ſuas qualitates cuꝫ
ſtet in loco vicino cordi ꝛ ſpũalib⁹: ꝛ p modũ motus
q eſt ad ſupiora cõprimẽdo diaphragma verſus ſpiri
tualia mẽbra cõicant accidẽtia ſua cordi ꝛ mẽbris ſpi/
ritualib⁹ ꝛ ſiũt mala ꝛ piculoſa p̃ſertiꝫ cũ diu moratur
ꝛ nõ eũatur nec ip̃m nec mãe ad ſtõm attracte. Ex q̃/
bus reb⁹ pꝫ cã accidentiũ que hic ponunt ꝛ cã pericu/
loſitatis. Et ſi cũ iſtis adiũgas q talia vomitiua ſũt for
tium qualitatũ: ꝛ q os ſtomachi in quo maxie impri
munt cũ ſint ibi eſt plurime ſubtilitatis ꝛ cõitatis cum
corde ꝛ cerebro res erit clarior. Tẽio eniꝫ accidit aut
conatu forti oĩum neruoꝝ ad expellendũ nociuũ per
cõitatẽ ſtõi aut muſculoꝝ pectoris ꝛ vẽtris motiuoruꝫ
ſtõi ſubordinatoꝝ. Egreſſio oculoꝝ accidit multi hu
moribus motis ꝓpter fortẽ motum partium pectoris
verſus ſupiora ꝛ ſilr̃ rubedo ꝛ ſilr̃ interſectio vocis ꝓ/
pter nocumẽtũ diaphragmatis: ſudor aũt multus ex
fortiſſima agitatiõe toti⁹. Et pꝫ q qꝛ motus iſti ſũt iu
xta cor: accidit inde mors niſi ſubueniat. ¶ Scðo no/
ta q iſtis accidẽtibus vere ſubuenit remouẽdo cãm:
qꝛ faciẽdo pharmacũ ꝛ malũ humorẽ educi per infe/
riora cũ clyſteri: aut per ſupiora cũ ꝓuocatione vomi
tus. Aut ſcðo remouet pmutãdo mãm ꝛ medicinã a
loco nobili ꝛ multi ſenſus ad ignobile ſicut ab ore ſto
machi ad fundũ: ꝛ fit cũ melle ꝛ aqua calida abſtergẽ
do ꝛ lubricare faciẽdo. Aut tertio malam qualitatẽ re
mouẽdo pharmaci qð fit cũ oleis in quib⁹ eſt virt⁹ the
riace. i. virtus reſiſtẽdi male qualitati pharmaci q̃cun
q̃ꝫ ſit illa: vt oleuꝫ de lilio aromaticitate ſua. Sꝫ q̃nq̃ꝫ
facimus cũ eo in quo plures iſtoꝝ modoꝝ ſubuenien
di ↄiũgunt: vt eſt oleũ qð labificãdo medicinã ꝛ nau/
ſeam faciẽdo p̃parat expulſioni ꝛ aromaticitate reſi/
ſtit male qualitati: ꝛ ita diſponẽdo mẽbra vt minus le
dantur. Et in clyſteri ſunt intentio eũandi: diſponẽdi
inferius: reſoluẽdi ventoſitates: mollificandi mẽbra.
Et põt etiã eſſe intẽtio theriacalis: ꝛ iõ Meſue inten/
tione tertia. c. ij. verũ inquit in oĩbus his cõfide ꝛ ex/
pecta maius iuuamentũ ex clyſteribus: tamen nõ eſt
dimittenda ꝓuocatio vomitus: vt patebit per ea que
dicent in vltima parte huius capituli.

¶ Et egritudines quidẽ que ſunt digniores
eo vt in eis fiat vomitus ſunt cronice ſicut hy
dropiſis ꝛ epilepſia ꝛ melãcolia ꝛ lepra ꝛ po
dagra ꝛ ſciatica.

¶ Hic enumerat egritudines ĩ quib⁹ dignũ eſt vt fiat
vomit⁹. Et dicit q ſũt egritudĩes cronice ſicut hydro
piſis ꝛ melancolia epilepſia lepra ꝛ podagra ꝛ ſciatica.
¶ Circa quã ptẽ cadũt aliq̃ difficultates. P̃ria qꝛ nõ  Queſtio. I.
vr̃ q vomit⁹ magis ↄferat ĩ cronicis q̃ꝫ ĩ acutis egritu
dinib⁹: qð ꝓbat qꝛ ĩ illis egritudib⁹ magis ↄfert vomi
tus: quaꝝ mã ↄueniẽti⁹ eũat vomitu: ſꝫ iſte ſunt pẽdẽ/
tes a colera ꝛ ille ſũt acute: ergo magis ↄfert ĩ acutis.
¶ Scða difficultas: qꝛ nõ videt q vomitus ↄferat epi
lepſie ꝛ melãcolie cũ Haliabas p̃io ſermone practi/  Queſtio. II.
ce dicat nõ ↄuenire vomitũ partib⁹ ſupioribus: iteꝫ qꝛ
mã manet ad tale membrũ conſtat q nõ ↄuenit.
¶ Tertia difficultas: qꝛ dicit vomitũ ↄuenire leproſis
ſed videt q nõ: qꝛ purgatio cũ pharmaco nõ cõuenit  Queſtio. III.
vtentibus malo cibo: ſed leproſoꝝ corpora ſunt huiuſ
modi vt pꝫ tractatu tertio. c. vltimo. ergo ꝛc̃.
¶ Ad primã rñdet notãdo q in egritudib⁹ acutis cor
pus eſt ĩflãmatũ ꝛ paratũ p motũ ledi: ꝛ iõ mot⁹ forti
nõ põt adminiſtrari ſine notabili nocumẽto. Et qꝛ illaꝝ
mã nõ multũ reſiſtit pharmaco: iõ p̃t eũari ↄueniẽter
p fluxũ vẽtris. Et ob hãc cãm partiꝫ: qꝛ nocumẽta vo

UVA. BHSC. IyR_044_1

mitus maiora ſunt in eis: partim qꝛ nō ita cogunt vti pharmacis nō ita in eis cōpetit eūo cū vomitu. Sed in cronicis eſt ecōtrario: qꝛ cū nō ſint multe calidita/tis: iō nō timet inflāmationis magnū nocumentū: ⁊ qꝛ multaꝝ taliū mā nō eūat facile niſi pharmaco mul/tum violento: iō cogit neceſſitas multotiēs ⁊ cōſentit nā ⁊ egritudīes ꝙ in eis fortis vomitꝰ adminiſtretur. Ex hoc pꝫ: qꝛ loquēdo de vomitu forti: vt loqt Auic. ꝙ magis in cronicis ꝯuenit morbis. Nec valet argu/mentū. Conueniētius mā colerica eūatur vomitu q̄ȝ flegmatica vel melācolica: ergo cōuenit qn̄ facit acu/tam egritudinē qꝛ inflāmat: ⁊ ꝑ tunc inflāmatio quaꝫ faceret vomitꝰ eſt ſuſpecta: ſed in diſpōne ſanitatis mā colerica ꝯueniētius ⁊ facilꝰ eūatur vomitu q̄ȝ alia mā alijs paribꝰ. Aliter tn̄ poſſet dici ꝙ in aliqua egritudi ne magis ꝯuenire vomitū pōt intelligi duobꝰ mōis. Uno modo: qꝛ vomitꝰ ꝑ mā illa eūanda ſit facilꝰ ⁊ cuꝫ minori nocumēto. Scōo modo: qꝛ minus ſecure pōt vomitus dimitti. Primo mō in multis egritudinibuꝫ de colera nō acutis ꝯueniētiꝰ ſit vomitꝰ: qꝛ mā eaꝝ faci lius ⁊ cū minori nocumēto eūat. Nō enim eſt impoſſe mām acutā facere egritudinē nō acutā qꝛ nō difficilē. Preterea nō eſt incōueniens eſſe egritudinē colericā nō acutā ⁊ nō cronicaꝫ de dulci flegmate qd̄ vomitu educitur. Sed ſcōo modo cōuenientius adminiſtrat vomitꝰ in cronicis: qꝛ nō dimittit niſi cum maiori no cumēto. Naꝫ ille egritudines nō acute in quibus mā eſt facilis eūonis poſſunt abſqꝫ vomitu cū fluxu vētris curari: cū mā obediat leui medicie. Sꝫ ille cronice de qbꝰ hic dicimꝰ nō pn̄t alr̄ curari: aut cū maxia difficul/tate alr̄ curant: ⁊ ſic pꝫ argumēti ad oppoſitū ſolutio.

Nō tn̄ clarior eſſet dicēduꝫ ꝙ cū egritudines acute ſubtiliū humoruꝫ ſint vt in pluribus febriles: iō non cōpetit in eis ꝓuocatio vomitus cū forti vomitiuo ne violētia motionis vomitus ⁊ ſupcalefactiōe pharmaci vomitiui febris i/cendatur: maxime in cauſonibus ⁊ tertianis cōtinuis ſꝫ in iterpolatis poteſt ſuauiter ꝓuocari vomitus cum pēna aut cuꝫ digito ori impoſito vꝉ cū aqua calida ⁊ oleo cōmuni: quare ⁊c.

¶Ad ſcōam difficultatē dr̄ ꝙ lꝫ non fiat epilepſia aut melancolia niſi nocumēto cōicato capiti: tamen radix male materie a qua hoc nocumentum fit qn̄qꝫ eſt in partibus ſtomachi ⁊ ſibi vicinis: vt in epilepſia q̄ vo/catur ſtomaticha ⁊ in melancolia mirachia. Modo dr̄ ꝙ vomitꝰ nō cōfert iſtis: niſi qn̄ ſunt per cōitateꝫ cum partibꝰ inferioribus in qbus eſt radix materie: Halia/bas aūt intellexit de illis q̄ nō ſunt ꝑ cōitatē: vnde ēt Aui. parū infra dicit ꝙ vomitꝰ nocet epilepſie capitis.

¶Ad tertiā difficultatē dr̄ ꝙ i lepra ꝯfirmata nō con fert vomitus nec alia fortis eūo: ſꝫ in nō cōfirmata cō fert vt hꝫ ſumi tertia quarti. Sed quādo dꝫ purgari dꝫ ꝙ vtatur bono cibo. Et ſi ēt exoluat: nō tn̄ ſequit: ꝙ non dꝫ purgari ꝓpter iuuamentū maius.

¶Uomitꝰ p̄terea cū ſuis iuuamētis plerūqꝫ affert egritudines ſicut qn̄qꝫ gnāt ſurditateꝫ.

¶Hic dicit in generali. Et ſi vomitꝰ habeat facere iu uamēta: tn̄ facit quaſdā egritudines ⁊ p̄cipue ſurdita tem: ⁊ hoc qꝛ mouet materias verſus caput.

¶Amplius minutio nō eſt cum eo ꝯtinuan/da/ſed tardanda tribus diebus: ⁊ precipue ſi in ore ſtomachi fuerit humor.

¶Ponit can̄. in coniunctione vomitus ⁊ flobotho/mie: dicens ꝙ minutio. i. flobothomia non eſt coniun genda cum vomitu: imo opꝫ ꝙ tardet duobꝰ diebus aut tribus: p̄cipue ſi humor fuerit in ore ſtomachi. Et cā eſt qꝛ duos fortes motus inflāmantes ⁊ virtutē ꝓ/ſternētes nō debemus inuicē coniungere. Cum aūt humor eſt in ore ſtomachi/ne fiat attractio humoris il lius in venas eſt cauēda minutio: ⁊ ēt ne os ſtomachi debilitet nimiū: cū ex flobothomia ⁊ vomitu debilitā tur: ⁊ ēt ne accidat cōmotio fortis illius male māe in ore ſtomachi: quā cōmotionē ſepe ſequitur ſincopis: vt dicetur in caplō de flobothomia.

¶Uomitꝰ quoqꝫ multotiens fit difficilis ꝑꝑ humoris ſubtilitatē. Ipſe igit eſt ingroſſan/dus potu ſauich ⁊ granis granati.

¶Docet can̄. quēdā ſpālēꝫ: dicēs ꝙ multotiēs eſt dif ficilis vomitus ꝑꝑ ſubtilitatē materie ⁊ tūc mā eſt in groſſanda cū potu ſauich. i. ptiſane q̄ ē facta cū granis granatorum: ⁊ h̄ eſt cōe cum mā peccat ſubtilitate: ita vt ſit inobediens eūationi: ꝙ dꝫ igroſſari vt dr̄ ſupra.

Sauich ⁊ ſa/oich noīa ſunt arabica ſi noīe generalia ad ordeū fractū ſiue triticū ⁊ ad oēs fructus cō tritos cū multa aqua coctuꝫ ⁊ ideo aliqn̄ ſue niūt i libris ſauich hordei ſauich tritici ſauich pomoruꝫ ſauich prunoꝝ ſauich granatoꝝ ⁊c. hmōi intellige ergo h̄ ꝑ ſauich ex granis granatorū ſcꝫ. grana. ſ. granatorū cuꝫ aqua cōtuſa ⁊ i potu data colerā ſubtilē ni mis inſpiſſant vel intellige ꝑ ſauich hordeū factū ꝑmixtuꝫ his granis aut ſucco eoruꝫ qd̄ inſpiſſat ⁊ in/groſſat colerā: primo ꝑ ſubſtātiā hordei ſcōo per qualitatē ſucci mali granati ⁊c.

¶Et ſcito ꝙ exitꝰ male rei ꝑ iferiora poſt vo mitū eſt ſignū ꝙ illud qd̄ faciebat faſtidiū de ſcēdit inferius. Et vomitꝰ poſt aſcellationē ē ſignū ꝙ eſt ex accidentibus aſcellandi.

¶Hanc partē introducit Dy. ꝙ Aui. cōparat vomi/tum ad ſolutionem vētris: ⁊ ecōtrario: ponendo duas conclnſiones. ¶Quaruꝫ prima eſt hec. Solutio ven tris per quā educit mala res ꝑꝑ quā apparebat vomi tus neceſſarius excuſat a vomitu. verbi grā. ſi ꝑꝑ faſti dium aut morſum cordis aut oculoꝝ tenebroſitatē ſi/ne febre apparet vomitus neceſſarius: multotiēs per fluxū ventris per quē res mala egredit purgat corpꝰ a cauſa eoꝝ accidentiū ⁊ excuſamur a vomitu: ⁊ id qd̄ Aui. poſt vomitū dicit debet intelligi poſtq̄ȝ vomitus apparuerit neceſſarius. ¶Secunda concluſio multo/tiēs vomitus poſt neceſſitatē ſolutionis ventris excu ſat ab ea. patet qꝛ per talem vomitum multotiens eua cuatur illud qd̄ debuiſſꝫ euacuari per ſolutionem ven tris: verbi gratia. lūborum dolor vel genuū grauitas in quibus vuiuerſaliter putat iuxta dicta quarto apho riſmoꝝ neceſſaria ſolutio vētris ⁊ vomitus aliquādo excuſat ab ea. ¶Ego aūt puto ꝙ iſte cōcluſiones ſint vere: ſed Aui. non intēdit eas: qꝛ ſuus modus loquē di hoc non denotat cū dicit eſt ſignū ⁊ non dicit eſt cā remotionis vt intendūt cōcluſiones Dy. Ideo dico ꝙ multotiēs accidit faſtidiū ⁊ vomitus: ⁊ parato mul to vomitu ſiue artificialiter ſiue nāliter cōtingit ꝙ ꝑ ſe ceſſum egreditur humor malus aut mali odoris aut male ſpeciei ſicut colera vitellina vel praſſina: ſignifi/cant tunc ꝙ mā que erat primo cā faſtidij circa ſtoma/chū deſcēdit ad inferiora. Et non puto ꝙ ſit neceſſariū ſignū: imo vt plurimū ē ita ꝙ raro cōtingit ꝙ ſint mul te māe: ita ꝙ oporteat poſt vomitū cito eūari a nā aliā mām deorſuꝫ. Sꝫ ſicut in colirica paſſione multotiēs ⁊ inferius ⁊ ſuperiꝰ eūatur mā que eſt cā faſtidij: ita pu tādū eſt vt plurimū eē cū poſt vomitū ſequat ſolutio vētris. ⁊ ꝓportionali mō intellige ſcōam cōcluſionē.

¶Hora preterea vomendi in eſtate melior cauſa doloris in meridie eſt.

¶Hic docet meliorem horam vomendi in eſtate: ⁊ attende ꝙ hic inuenitur duplex littera. Una dicit ꝙ cauſa doloris: alia ꝙ cauſa caloris: ⁊ vtraqꝫ tolerari po teſt. Dicit ergo ꝙ melior hora vomēdi in eſtate eſt in meridie cauſa doloris ſm̄ vnam litteram: aut cauſa ca loris ſm̄ aliam litteram. Sed vtroqꝫ modo cauſa eſt vna qꝛ in meridie propter caliditatem humores ſunt magis mobiles: ⁊ iſta hora qua humores ſunt mobi les debet prouocari vomitus: qꝛ eſt euacuatio diffici lior q̄ȝ ſolutio: ideo reſpectu caloris adiuuantis debet fieri in meridie. Sed ſi fiat vomitus ad ſedandū dolo/rem ⁊ ad diuertendum: tunc etiam in meridie magis iuuabit: ⁊ vtroqꝫ modo verificatur.

¶Et vomitus corpori confert: ſed viſui no/cumentum facit.

¶Hic cū iuuamento vomitus exprimit nocumentuꝫ ſpeciale: ⁊ dicit ꝙ q̄ȝuis vomitus cōfortet corpus to/tum: tn̄ facit nocumētū in viſu. Et cā eſt qꝛ circa oculū partes ſunt laſſe: ideo multū recipiūt de humore qui ad ſuperiora mouet. vnde ſupra habitū eſt ꝙ faſciēt oculi in hora vomitus: ⁊ iſtoꝝ humorū curſus ad ocu lum nocet. Nota tn̄ ꝙ multotiēs vomitus facit iuua/uamētū maius nocumēto: puta qn̄ viſus eēt leſus ꝑꝑ malā mām in ſtō ⁊ partibus inferioribus contentam.

¶Amplius

UVA. BHSC. IyR_044_1

℄ Ampli⁹ faciēduʒ nō eſt vt p̄gnās vomat: qm̄ ſupfluitates corpis ipſi⁹ in ea nō egrediē/tur. ℄ Et vomit⁹ ⁊ labor eaʒ ad eſtuationeʒ pducēt: faciēdū eſt igit̄ vt qeſcat. ℄ Alij vo quibus accidit vomit⁹ ſunt iuuandi.

℄ Hic docet in vltio cañ. iſti⁹. c. ⁊ eſt intētio Aui. ꝙ lʒ in nō p̄gnātib⁹ cū accidit eis vomit⁹ ſunt incitāde ad vomitū: qꝛ p illud purgant̄ ⁊ eūatur cā vomit⁹ ⁊ faſtidij. Hoc tm̄ nō eſt faciēdū in p̄gnātib⁹. Et cā eſt: qꝛ p vomitū nō purgant̄ ab hūore q eſt cā faſtidij: cū ille n̄ ſit ſaltē ſm multas ptes: niſi in venis: ⁊ nō eūat̄ niſi a pharmaco vomitiuo eūante fortiter ⁊ nō p ſolā incitationē ad vomitū: iō faciēdū ē ꝙ qeſcāt a vomitu: qꝛ ⁊ ſi p illō aliqō hēat̄ iuuamētū/ mai⁹ tm̄ hn̄t nocumētū: qꝛ p vomitū ⁊ laborē q eſt in eo ducunt̄ ad eſtuatōeʒ. Et Hy. intelligit ꝙ p̄gnātes nō debēt vomere vomitu forti: qm̄ vomit⁹ debilis eis cōcedit̄. Et vos p vomitū fortē intelligatis tam vomitū q fit cū pharmaco forti eūante exoluēdo: ⁊ hūc opʒ phibere ex cañ. gn̄ali ꝙ p̄gnātes nō ſunt purgāde taʒ forti pharmaco q̄ʒ vomitu q fit cū magno conatu: vt cū pēna vel cū alio mō laborioſo ſiue pharmaco ſolutiuo. Et ſm hoc ego puto ꝙ Aui. intelligit ꝙ eſtuatio ⁊ labor ſuperāt ī malitia iuuamētū eūonis. Sed qn̄ leuiter pōt fieri vomitus rei ꝯtente in ꝯcauo ſtōi ꝯfert. Et tu ex h̄ intelligis cām quare Aui. xxj. tertij. c. de regimine p̄gnātiuʒ. ⁊ Raſ. 4. Almā. pportionali. c. nō docēt qūo eas pruocare ad vomitū: ſed ꝯfortare cū ſtipticis debeam⁹ ⁊c̄.

Scias tm̄ ꝙ ſi vomitus ex aliqua cā ſit pregnanti neceſſarius: puta qꝛ ſumpſit aliqō venenū: vel qꝛ ſurſuʒ abūdat in furioſis humoribus: tuti⁹ ſibi ſit ī medijs menſibus ī pregnatiōis. ſ. 4. 5. ⁊. 6. q̄ in tribus primis vel vltimis cotilidones. n. ſeu ligamenta qbus appēdunt̄ pāniculi fetus orificijs venaruʒ matricis ſunt fortiores in medijs menſibus iuxta illō Hip. 4. aph. aph. illo. Pregnātes purgare ſi conuenit a. 4. vſqʒ ad ſeptimū ⁊c̄. Et per te videas q̄ dicit Gal. in cōmen. quare ⁊c̄.

℄ De eo qō agere dʒ ille q vomit. Cap. xij.

Um ille q vomuerit a ſuo vomitu euaſerit/ os ſuū ⁊ faciē p⁹ vomitū ablueř dʒ ex aceto aq̄ parato: vt grauitaſ q̄ qn̄qʒ capiti accidit remoueat̄. ℄ Et paꝝ maſticis cū aq̄ macianoꝝ bibat. ℄ Et caueat ſibi a comeſtōe ⁊ potu aq̄: ⁊ diu qeſcat. ℄ Et ipſi⁹ inūgāt̄ hypocūdria. ℄ Et ingrediat̄ balneū ⁊ abluat ſe velociter ⁊ egrediat̄. ℄ Et ſi neceſſarinm ei fuerit dare ad comedenduʒ: ſit res boni ſaporis ⁊ bone ſubſtantie/ ⁊ velocis digeſtionis.

℄ In precedenti caplo habuim⁹ cañ. de vſu vomit⁹. Hic habem⁹ cañ. in vſu annexoꝝ: vel regulā ſeruādaʒ in ānexis vomitui. Et ſunt qnqʒ. Primū eſt qd dʒ facere ille q vomit ſine alio nocumēto. Scōm eſt de iuuamētis vomit⁹. Tertiū eſt de īpedimētis ⁊ nocumētis vomit⁹. Quartū de ſuccurrēdo diſpōnib⁹ accn̄tiuʒ vomētis duʒ vomit vel eſt ī ppinq̄ diſpōne vomēdi. Quintū de ſuccurrēdo ei in q̄ ſupfluit vomit⁹. ſcōa ibi (Hip. p̄cepit). tertia ibi. (Supflu⁹ vomit⁹). quarta ibi. (De phibitōe). qnta ibi. (Fiat vt). In pn̄ti. c. Aui. p̄cepit ſex. ℄ Primū ꝙ qn̄ eſt ꝯplet⁹ vomit⁹ dʒ abluī facies cū aceto ⁊ aq̄ roſata: vt remoueat̄ grauitas capitis: ⁊ remouet illaʒ grauitatē iſta ablutio tpando calorem ⁊ repcutiēdo. ℄ Scōm eſt ꝙ ſtatiʒ bibat paꝝ maſticis cū aqua macianoꝝ hn̄tiuʒ ſtipticitatē: infra tm̄ citonioꝝ ſtipticitatē. Et aq̄ eoꝝ eſt ſucc⁹ eoꝝ depurat⁹: iſta eniʒ ſui ſtipticitate ⁊ aromaticitate ꝯfortāt ſtōm relaxatū in vomēdo. ℄ Tertiū eſt ꝙ caueat a potu aq̄ ⁊ a comeſtione: qꝛ ſtomach⁹ debilitat⁹ nō bn̄ digereret ⁊ grauaret̄ ⁊ relaxaret̄ p aquā. Et h̄ intelligat̄ tpe ppinquo actui vomēdi: ⁊ totū eſt dictū in precedēti ca. ℄ Quartū tm̄ vt qeſcat ⁊ apauſet a labore: ⁊ vngātur hypocūdria cū oleo tepido: ⁊ muſculi vētris q laborauerūt in vomito laſſitudine dimittant̄. ℄ Quintū eſt ꝙ ingrediat̄ balneū ⁊ lauet ſe velociter ⁊ cito egrediat̄ ⁊ hoc totuʒ vt humiditates ⁊ vapores moti ad cutim reſoluantur abſqʒ alioꝝ attractione. ℄ Sextum eſt ꝙ hora qua vr̄ cibus neceſſari⁹: detur ei cib⁹ boni ſaporis vt ipſuʒ bene amplectat̄ ſtōus: ⁊ bone ſub̄e: ne genitum ex eo ſit paratū putredini: ⁊ facilis digōnis digeratur a ſtomacho debilitato in vomitu.

℄ De iuuamētis que affert vomit⁹. Cap. xiij.

Ippocrates p̄cepit vomitū fieri ī vnoqʒ mēſe duobus dieb⁹ ꝯtinuis vt in ſecūdo emēdet̄ id qō ī prio die fuit difficile: ⁊ vt expellat̄ id qō aduenit ſtō. Hip. nāqʒ ſecuritatē fac̄ ꝙ cum eo conſeruat̄ ſanitas: hoc aūt plus eſt malum.

℄ Hoc capꝫ vt dictū fuit. ſ. eſt d̄ iuuamētis vomit⁹. Et diuidit̄ in q̄ttuor ptes. Primo docet q̄lis eſt vſus vomit⁹ ꝯferētis in regi. ſani. Scōo narrat ſua iuuamēta. Tertio addit cōditōes obſeruādas in vſu talis vomit⁹. Quarto qbus corpib⁹ confert. ſcōa ibi ppe. (Et vomit⁹). tertia ibi ppe finē capli. (Ipſe q̄qʒ dʒ fieri.) quarta ibi. (Et ille qdeʒ.) ℄ Dicit primo auctoritate Hip. ꝙ vomit⁹ dʒ fieri in oī mēſe duob⁹ diebus cōtinuis: ⁊ fit duob⁹ dieb⁹ pp duas cās. Una eſt vt ī ſcōo die expellat̄ illō qō fuit difficilis expulſiōis ī prio. Et cā ſcōa ē vt expellant̄ hūores q ad ſtōm a vicinis mēbris cucurrerūt in actu vomitus. De tali eniʒ vomitu teſtat̄ Hippo. ꝙ afferat ſecuritatē: ⁊ cū eo ſeruat̄ ſanitas. Sed illud qō eſt plus qꝛ plurib⁹ diebus eſt malū in cōſeruatōe ſanitatis: lʒ forte in preſeruatōe vel cura qn̄ʒ ſit ampli⁹ vtendū qn̄qʒ minus.

Queſtio. I.

Et ex hoc prio ſoluit̄ vnū dubiū h̄ moueri ſolitū vtrū in alicui⁹ corpis ꝯſeruatōe ſit vtendū vomitu duob⁹ dieb⁹ vno poſt aliū? ℟ Rn̄det̄ ꝙ ſumēdo ꝯſeruatōeʒ large pro p̄ſeruatōe ⁊ ꝯſeruatōe ī multis corporib⁹ eſt plus vtenduʒ vomitu: vt expſſe vult Gal. in. 6. de regimie ſani. in hoīe q hʒ latū porū trāſeuntē a ſelle ad ſtōm verſus inteſtina: ⁊ ſilr̄ in multoꝝ morboꝝ cura: ſed in pura cōſeruatione nō opʒ plus. ℄ Nota tm̄ ꝙ nō oīa corpora cōſeruāda indigēt p̄ciſe equali mēſura vomit⁹: qꝛ q̄daʒ plus q̄daʒ min⁹ vomere debēt: aut vomitu indigent. Oīa tm̄ q̄ vomere debēt aut vomitu indigēt meli⁹ eſt ⁊ ſecuri⁹ vt in oī menſe duob⁹ diebus vomāt vt p̄cipit̄: ſed q̄dā plus: ⁊ q̄daʒ min⁹: ⁊ quedā cū maiori conatu: ⁊ q̄dā cū minori.

Queſtio. II.

Solet etiā moueri ſcōm dubiū: vtrū in ꝯſeruatōe tpati ꝯueniat vomit⁹. Et vr̄ ꝙ ſic: qꝛ Aui. loquit̄ vlr̄. Qō nō arguit̄: qꝛ tpatus tm̄ appetit quātum digerere pōt: ergo nō indiget eūone ſupfluitatum p vomituʒ. ℄ Hic rn̄det̄ ꝙ tpatus aut regit̄ regimine ſibi pportionato aut nō. Si prio mō tm̄ appetit quātuʒ bene digerere pōt: ⁊ ideo nō multiplicatur ſupfluitas vomēda: ideo ſufficit ei exercitiū ⁊ balneū. Si ſcōo mō tunc indiget vomitu: naʒ hoīes tempati qn̄qʒ nō ſequunt̄ regulā ſue nature: ſed pp volūtateʒ nimis comedētes: aut pp occupationē non comedentes horis debitis: aut comedētes res nō bonas congregant ſuperfluitatē expellēdā vomitu. Et ꝯfert eis vomitus modo dicto. Uidetur tm̄ ꝙ ſi optima nā que vere eſt in medio temperamēti tantū appetit quantuʒ digerere poteſt: ꝙ temperat⁹ verſus frigiduʒ in extremo temperamēti appetit plus q̄ʒ poteſt digerere: ⁊ tēperatus in extremo temperamēti verſus calidū min⁹ appetit q̄ʒ poſſit digerere.

Queſtio. III.



UVA. BHSC. IyR_044_1

Tertiū dubiū est vtrū debeat cōseruādus vo/mere duob⁹ diebus īmediatis: Et vr̄ q̄ nō: q2 meli⁹ est interponere aliquē vel aliquos dies inter primū ⁊ scđm vomitū vt vtus restauret̄ p quie/tem: ⁊ melius possit scđm vomitū pficere. ¶ Hic rñ/detur q̄ regula Auic. est melior: ⁊ rō q2 si plus starent humores magis quietarent̄ in stō ⁊ difficilius educe/rentur ⁊ aliqua facerent nocumēta: ⁊ in peiores dispo sitiones mutarent̄. Et ad rōnem dr̄ q̄ in sanis ꝯseruā dis hic vomitus nō ducit ad tm̄ laborē quin in crasti/num posset cōueniēter vomere: in aliis autē aliqñ opʒ spectare subleuationē virtutis.

Et iō tale vo/mitiuū oʒ eē̄ debile ⁊ ñ forte ne virtus notabi liter debilitet̄: quare ⁊c.

¶ Et vomit⁹ qdeʒ q̄ est hmōi eūat flegma ⁊ colerā ⁊ mūdificat stomachū. Ipse nāqʒ non hʒ q̄ ipsuʒ mūdet sicut intestina hñt coleram rubeā que ad ea descēdit ⁊ mūdat ea.

Educit etiam qñqʒ vomitu melancolia vt nature ⁊ vtili ter cum porus plenus ad ori ficium stoma chi trāsiens ef/fundit illic su perfluā melan coliam. De mū dificatōe aūt stomachi lege Gale. in. 4. de iuuamētis mē broꝝ. cap. 4. ⁊ 10. ⁊ ibi multa alia ad ꝓposi tum inuenies: quare ⁊c.

¶ Hic ostēdit iuuamēta vomit⁹: ⁊ prio magis in gñā li. scđo magis in spāli. scđa ibi. (Et remouet.) ¶ In pria pte dicit q̄ vomit⁹ factus mō dicto eūat coleraʒ ⁊ flegma ⁊ mūdificat stōm ab illis hūorib⁹: q̄ stōus indi get mūdificatōe artificiali: q2 nō hʒ a nā id qđ ipʒ mū dificaret: sed bene intestina hñt mūdificatoriū nāle co leram rubeā q̄ transmittit̄ ad ea p poꝝ a kisti fellis: vt dictū est pria fen hui⁹ cañ. ¶ No. ergo prio q̄ p ano/thomiā vr̄ porussellus vadēs ad cōcauū intestinoꝝ p quē trāsmittit̄ colera ad ea ⁊ stimulat ad egestioneʒ: ⁊ cū hoc lauat intestina a flegmatib⁹ que in eis ꝯgregan tur: ad stōm vero vadit paru⁹ porus q̄ non hʒ apertā viam ad trāseūduʒ ad cōcauitatem stōi: imo tm̄ defert aliquā partē ad calefaciēduʒ fundū stōi. ¶ Querit aūt Gal. 4. de vtilitate pticulaꝝ: quare ad stōm nobiliorē ⁊ indigentē nā non misit talē purgationē. Et rñdetur q̄ deijceret appetitū si in cōcauitatē trāsiret. Uñ expe rientia notat q̄ multa colera currente ad stōm sicut fit multotiēs in ictericia aut in aliis casib⁹ statim deijcit̄ appetit⁹. Et in illis in qb⁹ porussellus ad stōm veniēs est latus de qbus Gal. loquit̄. 2. tegni ⁊ multotiēs ali bi. Ad h̄ ḡ nocumētū vitādū nā nō misit talē reʒ pun/gitiuā in stō: ⁊ indiget adiutorio artificiali: ⁊ h̄ pcipue in hoīe. Nec ꝓpterea dr̄ nā deficiēs in necessariis: q2 dedit homini intellectū p quē pōt sibi artificialr̄ ꝓui/dere de mundificādo stōm cū vomitu. ¶ No. scđo q̄ cā q̄re indiget vomitu in regimine sanitatis: est q2 er/ratur vtplr̄m in regimine vite: ⁊ error ille vtplr̄m ē ad grossiorē dietā: vt dr̄ pria pticula apho. ⁊ pria pticula ꝓblematū. Augmētuʒ aūt cibi est cā indigestōis ⁊ per indigestionē in stō multiplicat̄ flegma. Addit etiaʒ q̄ qñqʒ errat̄ in paucitate: ⁊ tunc vtplr̄m stōus trahit cuʒ violētia a vicinis mēbris: ⁊ tūc multiplicat̄ in eo fleg ma: ⁊ ideo oīs fere stōus indiget vomitu mūdificāte ipsum a flegmate vel a colera vel ab ambobus.

Questio. IIII.

